DANUBIUS PANNONICO-MYSICUS,

Obſervationibus

GEOGRAPHICIS, ASTRONOMICIS, HYDROGRAPHICIS, HISTORICIS, PHYSICIS

PERLUSTRATUS

Et in ſex Tomos digeſtus

AB ALOYSIO FERD. COM. MARSILI

Socio Regiarum Societatum Pariſienſis, Londinenſis, Monſpelienſis.

TOMUS SEXTUS.

HAGÆ COMITUM, Apud P. Gosse, R. Chr. Alberts, P. de Hondt.
AMSTELODAMI, Apud Herm. Uytwerf & Franç. Changuion.

M. D. C C. X X V I.

PRÆFATIO
AD
TOMUM VI.

Oſtquàm Danubiale opus in quinque Tomos digeſſi, & eoſdem exegi, nonnulla mihi ſubierunt quoad materiam ad eoſdem Tomos ſpectantia; ſed cùm haud facilè videretur ſingulis Tomis iſta coaptare, omnia collegi, & alium ſextum Tomum ex iiſdem conficere non abs re ſum arbitratus. Quarè etiam in Prodromo pollicitus fui ſextum hunc Tomum me fore editurum, quem tamen Analectorum nomine inſcribendum eſſe tunc dixi; at re meliùs perpenſâ, magis conſentaneum duxi, miſcellanearum obſervationum titulo nuncupare. Inſuper verò nonnulla congeſſi, quæ circà Danubium porrò verſantur; ſed ad præfatas materias in cæteris quinque Tomis tractatas nullum habent reſpectum, ideòque de iis partem, ſecundam miſcellanearum pariter obſervationum Tomo huic adjeci, cùm ſingularem librum pro iis conficere non expediet, & ſatiùs foret uberiorem hunc reddere. Videbit igitur unuſquiſque Tomum hunc ex variis rebus eſſe conflatum, quarum ſingulæ, ſi fuſiùs tractatæ forent, ſingulos Tomos componere potuiſſent. Et cùm ego id agere, tot curis, negotiiſque vetantibus, non potuerim, aditum ſibi ad hoc perficiendum patere ſentiet, & quot, quantaque ſuperſint dicenda, ex indicatis ſaltem obſervationibus colliget.



DE
FONTIBUS
DANUBII.

DE FONTIBUS DANUBII.

Postquam Romanorum tunc Rex, Imperator Joseph Landaum expugnavit anno 1702. mihi contigit cum manu militum considere aliquot hebdommadis in Sylvâ nigrâ, aut *Schwartz Wald* in Sueviâ, undè putatitii Fontes Danubii non longè aberant. Libuit eos recognoscere cum meis Amanuensibus pro scribendo, & delineando. Sed ubi illuc perveni, & nonnulla ab Incolis de iisdemaccepi, novi in altiori loco, quem *Doneschingen* vocant, esse veros Danubii Fontes, & æquum ducens recognoscere verum ortum tanti fluminis, quod primum fuit instrumentum tot victoriarum Christianis, & primaria causa earum observationum, quas collegi, volui ad supremum usque apicem veteris Abnobæ tendere, & conferre ipsius altitudinem cum Alpibus Helvetiæ, & Rhetiæ, quas indè inspiciebam, & hujusce condere exactam cartam topographicam, postquam alias quoque confeci, ut clarior fierem in conscribendâ meâ dissertatiunculâ, quam potuissem inserere in meo primo Tomo hujus operis, nisi iste, antequam in ea Castra proficiscerer, absolutus fuisset. Huc accessit, quod

mei instituti fuit, meam descriptionem aggredi de Danubio à Cæsio monte. Verùm ubi agitur de publicandis tot dotibus, quas natura contulit in hunc tractum Danubii, haud impor orig visum est litteratum orbem edocere de vero ortu tanti fluminis in Europâ, ut videat unusquisque, qualis, quantusque tractus ei subtrahatur à scriptoribus, sivè ut assentarentur iis, qui suis terris hanc gloriam vindicabant, sivè quia id ipsum non vidêre, quod meridianâ luce clarius est.

Veteres ergo Geographi originem Danubii adscripsere monti tunc dicto Abnobæ, nunc verò *Schwartz Wald*, vulgò, sylvæ nigræ nuncupato.

Nescio modò, cur hodierni Geographi eamdem adscribant Doneschingæ, nisi fortè id agant adulationis gratiâ ergà familiam Fissembergam, quæ ibi possidet Baroniam. Hoc planè ridiculum videtur, velle ut regius inde nascatur Danubius, utque tanti fluminis decrescat gloria, quo gloria crescat unius familiæ.

Et porrò rationibus evincitur firmissimis, Danubium altiora trahere principia; utque clarè id elucescat, mappas ordine pono, oculisque subjicio

Prima est, quâ cernitur tractus ille regionis intercedentis in Circulo Sueviæ monti Abnobæ, & Territorio Doneschingæ.

Hæc in tres partes dividitur.

In primâ habetur modicus tractus à majore summitate montis Abnobæ ad *Buckelreim* in omnibus, ac singulis partibus in secundâ parte descriptus.

Secunda monstrat tractum intercedentem à *Buckelreim* ad Doneschingam.

Tertia exhibet territoria ipsius Doneschingæ, & *Almenshofen*.

In secundâ mappâ continetur locus ille summitatis prædicti montis, & descriptio *Buckelreim*, ubi parvula rusticorum ædes apparet, quæ duo in tecta dividitur, quorum ex uno in Danubium, ex altero in Rhenum aquæ demittuntur. Hujus loci solum refertum est pratis uberrimis, & à Pastoribus irrigatis quibusdam arte factis canalibus, utque suum quisque sibi habeat, notatis, atque distinctis quibusdam ligneis septis, prout in mappâ videre est. Ponè sequitur aquæ receptaculum ad quam pecora ducuntur ad potandum. Inferiùs horum canaliculorum plerique in lacusculo colliguntur, quo vis adaugeatur ad versandum molam in situ proximo *Buckelreim*.

Situs iste, undè incipit secunda pars hujus mappæ, terminus est illorum deliciis affluentium Pratorum, montibusque comprehenditur, quo littorales alii rivuli confluunt cum suis nominibus in hac mappâ notatis.

In territorio *Fortwangen*, qui primus est locus primæ aquarum collectionis instar limpidissimi fluminis decurrentium nomen sumit Bregæ. Hic diversa inter Territoria cursum prosequitur aquis semper uberioribus donec colligatur sub *Almenshofen*, & *Doneschingen* in alio flumine Brigæ per *Willenghen* decurrente, suamque originem sortito in locis humilioribus, quàm fortitus fuerit

rit alter descriptæ Bregæ. Eorumdem locorum primus *Kirna*, secundus *Schlegelstath* nuncupatur.

Tertia pars composita duobus territoriis *Doneschingen*, & *Almenshofen* expressa patet in tertiâ mappâ.

In hac tertiâ mappâ videmus modicos tractus utriusque Brigæ cum duobus Rivulis defluente altero à fonte lapidibus septo in plateâ Doneschingæ, posito, quem vulgus jactat primum Brigæ Danubii nomen imponere, sed pari ratione, aut meliùs dixerim abusu parem gloriam vindicare posset *Almenshofen* ad eamdem, ut videre est, altitudinem positus. Si enim *Doneschingen* vult, ut parvulo suo rivulo Briga primùm fiat Danubius, idem velle quidni possit *Almenshofen* in Bregam confluens majorem? Hic siquidem naturâ, ille arte similem gloriam meretur; & reverà si aqua in *Almenshofen* fontè collecta foret clauso, mucisque circumdato, esset planè idem, ac ille, qui in plateâ Doneschingæ reperitur.

Verùm neutri certè gloria hæc debetur absurdum quippe foret totum illum regionis tractum Abnobæ, & Doneschingæ interjacentis Danubio subtrahere, tractum verè haud ob distantiam quinque horarum cum dimidia à Monte prædicto ad prædictum Territorium intercedentem, prout in 1. & 2. mappâ demonstravimus.

In eodem monte tentatæ fuerunt à meis Amanuensibus, ut in aliis sitibus Helvetiam versùs observationes per Barometrum, animo eas conferendi cum observationibus habitis in Monte Septimo Helvetiam inter & Rhetiam posito, aliisque altissimis Montibus, qui maximorum Europæ fluminum sunt origines, Rheni videlicet, Rhodani, & magna ex parte Padi ob Thesinum flumen in eum confluens. *Saiser* eruditione præcipuâ Orbi notissimus, meique amantissimus compater, qui cunctas hasce altitudines in Helvetiâ Barometro dimensus fuerat, eas junxit, quas in Briscoviæ, aliorumque adjacentium locorum regionibus collegeram, illasque fecit calculationes, queis ipse statuerem profilum suo loco hic exhibitum. Ego qui gloriam usurpare volui propriam asperitatis Helvetiæ, primorum Europæ fluminum Matris,

Quartam hanc mappam composui, quæ partem illam continet Sueviæ, quæ necessaria fuit ad exhibandum verum situm Montis Abnobæ, undè aquæ derivantur Danubium constituentes, & situm altissimi, asperrimique Montis Septimi, ad cujus pedes propè Malojam fontes Æni consurgunt, qui Passaviæ Danubio immiscetur.

Lineâ tortuosâ punctis signatâ, situs notantur, in queis experimenta confecta sunt inter Montes Abnobam, & Septimum, protendendo usque ad *Chiavera* propè scaturiginem Lacus Comi in Italiâ.

Lineam eamdem, ut dixi tortuosam,

In quintâ mappâ in rectam lineam redegi, sectionem faciendo in ea patentem

cum perpendicularibus altitudinibus locorum omnium, in queis dictis experimentis opera data fuit, & quæ cum ſcalâ menſurari commodè poſſunt; indè facilè cuique dabitur cernere, quantò ſint altiores dicti Montis Horizontes, Horizontibus Doneſchingæ, cui Danubii o imputatur.

Ego qui ſitus Abnobæ diligenter oculis, pedibuſque luſtravi, illoſque aſperrimorum, altiſſimorumq. Montium Helvetiæ, undè maxima, ut dixi, Europæ flumina dilabuntur, deſcriptarum obſervationum fundamento innixus, nec potui, nec unquam potero aliud, ſentire, quàm ut ponenda in Helvetiâ ſit Danubii origo, ubi ſunt Æni fontes, & hoc adjiciam amplius modicum diſcrimen intercedere duas inter diſtantias fontium ſub monte Abnobâ in ſuis lineis ad centrum Maris Euxini ubi Danubii nomen amittitur.

Inveteratus uſus Abnobæ Danubii Patera adjudicans, validiſſimum pro ipſo fundamentum eſt, cæterùm naturalibus attentis rationibus in dubium revocandum non eſſet ab Helvetiæ Alpibus, æq[illegible] ac maxima Europæ flumina, Danubium proficiſci, Ænumque flumen ipſius eſſe tributarium, & in eo nomen amittere.

OB-

OBSERVATIONES ANATOMICÆ

IN

AVIBUS,

Ac præſertim

IN

AQUILA

ET

ONOCROTALO.

Delineatio topographica

ALTISSIMÆ ATQUE ADEÒ VERÆ SCATURIGINIS DANUBII, FL:

Ubi monendum, tenuissimos illos ramusculos aquæ à rusticis, pro irrigandis pratis ita esse excavatos; et, si hoc non foret, aquam, sine dubio, alveolo uno, aut saltem paucioribus defluxuram fuisse.



Mappa,
in quâ
TRACTUS REGIONIS INTER DONESCHINGÂ,
et Veros Danubii Fontes interjacentis Geographicè repræsentatur.

Ut hoc etiam modo facilè cuivis appareat, quàm minus rectè in Doneschingâ arce fontes Danubij quærantur; quam naturali è contrà jure illa scaturigo aquæ, quæ est prope Brukelrein in altissimo totius sylvæ Herzyniæ monte pro Veris Danubii fontibus habenda sit.

Delineatio Topographica

Fontium, quos vulgò Danubii vocant, in Doneschingen;

ut, quam aptè, vel ineptè hoc Fontium Danubii nomen isti scaturigini aquæ conveniat, exinde patescat.



OBSERVATIONES ANATOMICÆ.

I. ANatomia Aquilæ quantùm ad ejus Inteſtina præcipuè attinet.

II. Anatomia Onocrotali quantùm præcipuè ſpectat ad aſperæ arteriæ bifurcationem, & oſſa ejus levia, ac ſolida, omnique omnino medullâ carentia.

III. Anatomicæ breves Obſervationes circà Aves rapaces piſcivoras.

IV. Anatomicæ breves Obſervationes circà Aves Longicruras circà aquas vagantes. Cauſa ſuſceptæ Anatomiæ in Avibus quibuſdam.

Cùm Avium illarum, quæ circà Danubium, & per ejus aquas vagantur, proprietates, qualitateſque deſcripſimus, placuit nonnullas ex ipſis intimiùs aliquantò ſcrutari, earumque interiora brevibus inſtitutis ſectionibus, nonnihil perluſtrare. Auguſtiores (a) præ aliis ſeligere libuit, cultroque Anatomico ſubjicere; ac præſertim Onocrotalum, & Aquilam, quamvis hæc non propriè degat circa Danubium. Neque verò has aves præ cæteris examinandas ſuſcepi ob ſolam earum magnitudinem, ſed ut inſpicere poſſem ordinem nutritionis horum viventium, & quorum mechanico ſyſtemate natura in ipſis pro opere nutritionis uteretur.

I.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ IN AQUILA.

VOracitas Aquilarum ſatis nota eſt, nec minùs Onocrotali, Germanis proindè dicti *Nimmer-ſat*.

In Aquilâ vidimus ſatis apparentes Glandulas in Eſophago ſucco acidiſſimo repletas, & multoties magnam vermium copiam. Humor ille acidus videtur non minùs cauſa illius voracitatis, quàm ſubſequentis ſubitæ digeſtionis; quia ſi in ventriculo deficiat ſubſtantia per acidum diſſolvenda, quæ illud veluti occupet, fit poſteà mordicatio in ventriculi fibris, undè oritur naturalis appetitus, qui frequentior, & major eſt in iſtâ Rupicolâ Ave, quàm in aliis propter exuperantem copiam prædicti humoris acidi, & activitatem ſubitò macerandi cibum comeſtum.

Quod verò attinet ad vermes illos, qui tam copioſè ibi reperiuntur, dubitandum non eſt eos originem ſuam ducere ex Ovis, quæ inveniuntur in cadaveribus,

quòd circà Cadavera Aves istæ continuò versentur, & devorent. Et hoc ipsum comprobat quæ de Insectis aliàs diximus (Vid. de his omnibus figuras, ubi tam nudo, quàm armato oculo nonnulla hujusmodi explicantur, & demonstrantur.)

II.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ IN ONOCROTALO.

IN Onocrotalo naturam admirati sumus valdè providam in indulgendâ structurâ, cujus ope ciborum copia suppeteret voracitati naturali hujus in Aquis degentis Pennati.

P°. Siquidem Rostrum dedit productius in summo apice aduncum, rubescens, (sicut & in eodem superioris partis inferior margo rubescit) pro continuâ ferè piscatione. Deindè ingluviem sivè marsupium sub rostro immanè patens pro conservandâ prædâ. Hoc marsupium ubi extendatur, ad decem vel duodecim libras piscium servare potest, prout quidem in paludibus, avis ista continuò occurrit. Factâ piscatione rostri ope & collectione in illo sacco in arenam prædam evomit, & magnâ voracitate comedere incipit, & ociùs dicto omnem illum commeatum (quod vix credibile) valet absumere.

Aperire placuit, nec sine admiratione observavimus ventriculi molem oppidò parvam, ipsumque nimis exiguum & angustum respectu molis totius Avis, ac tam notabilis ciborum copiæ ab ipsâ devoratæ.

Intestina verò admirabili erant longitudine, & pari modo satis angusta. Intestinum cæcum, quod tum aperuimus, & siccavimus, duplex. Ventriculum ferè totum repletum glandulis vidimus, quæ interiùs minores, exteriùs autem majores sunt, figurâ, & formâ nucleorum pineorum, & succo quodam acidissimo repletæ, ope cujus Pisces, quos harum Avium deglutit rapacitas, quàm celeriter dissolvuntur. Illæ (a) glandulæ nudo oculo se manifestabant nec non & tactui. Humor earumdem & copiosior erat, & actuosior, quàm in Aquilâ; ita ut non difficile sit à structurâ, & acidissimi liquoris activitate statuere cibum quàm brevissimo tempore macerari, ac dissolvi, dein per ingentem illum intestinorum circumvolutorum tractum delabendo, ita partium utilium sensim in illis secretione factâ demùm ad postremas partes, ac secessum, quod minùs utile est, transire, ac devolvi.

Credo equidem cætera inter animantia, quæ cibum avidè tot repetitis vicibus ingurgitant, non posse clariùs quàm ab hujusce Avis dissectione nobis demonstrari causam digestionis ciborum potissimam refundendam esse in humorem istiusmodi proportionaliter acidum ex similibus glandulis derivatum.

Prætereà in hâc Ave dignum aliquâ animadversione nobis visum est par illud spec-

ſpectabile ſummorum oſſium alarum, omni omninò medullâ carentium, quibus ceu fulcris moles illa corporis ſuſtinetur. Et quantò majori formâ conſpiciuntur, tantò magis proportionaliter ſunt levia, adeò ut in aëre ſic quoque faciliùs librentur. Vid. figuras, ubi hæc cuncta explicantur.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ CIRCA AVES RAPACES PISCIVORAS.

AVes rapaces piſcivoras obſervavimus habere ventriculum ex Tunicis ſivè membranis compoſitum, ſicuti habent animalia quadrupedia. Quæ autem inſectis herbis, aut ſeminibus veſcuntur, ventriculum habent muſculoſum, qualem habent communiter cæteræ Aves. Ac ubi deficiunt Lapilli, uti circà Tibiſcum, tunc devorant tenegras paravas limaculas, aut lignum fruſtilla, quæ gerunt vicem lapillorum, & inſerviunt pro aliquâ durioris cibi trituratione.

IV.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ CIRCA AVES LONGICRURAS CIRCUM AQUAS VAGANTES.

AVes longicruræ circà aquas vagantes longo inteſtinorum tractu munitæ ſunt, & ſtomachum habent muſculis carnoſis conſtructum, videlicet Gallinulæ, harumque ſimiles. Id quod autem ſuperiùs memineramus, potiſſimùm obſervatur in limoſugis, quæ quoque in ſuo ventriculo lutum ſemper continent, arenam, aut lapillos.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ

IN

HUSONE.


ALSATIÆ PARS.
BRISGOVIÆ PARS
SYLVA NIGRA
BAR
LANDGRAVIAT
HELVETIA.
RHÆTIA.
Thun
THUNER SEE
Lac.
BRIENTZER SEE
Lucern
LUCERINUS LAC.
ZUG SEE
Basel
Neuburg
Brisach
Rhenus fl.
Rynfelden
Sekingen
Lauffenburg
Cataracta
Degerfa
Waldshut
Cataracta parva
Baden
Neustat
Fortwangen
Villingen
Stulingen
Doneschingen
Zurich
Cataracta magna
Schafhausen
Danubius fl.
CONSTANTZ
LACUS BODAMICUS
Fontes Rhodani fl.
Fontes Aar fl.
FURKA M.
S. GOTHARDI M.
Fontes Rus fl.
VOGELBERG M.
Fontes Rhenus fl.
TIGUR
Lon fl.
VALANSTETER SEE Lac.
Flums
Richenau
Vettis
Pfäfers
Ragatz
Tusis
Furstenau
Alta Rhætia
Clavenna
SEPTIMUS M.
Maloja
JULIUS M.
Fontes Oeni fl.
S. Mauritii
Rhenus
MAPPA
SITUATIONEM FONTIUM DANUBII
ALIORUMQ. PRINCIPALIORUM EUROPÆ FLUMINUM
Geographicè repræsentans;
Quam Profila huc spectantia, cognitis per Barometrum Altitudinibus, Mathematicè ad oculum demonstrant.
Oeni potissimum famosus Origo, præter illam duplicem Danubii; putatitiam scilicet, seu vulgarem Donueschingianam, et veram, hic observata habetur: ut ex utriusq; comparatione cuilibet proclive sit judicare, annon fortè Oenus, qui longum decursus sui spatium emensus, tandem Danubio, æquali fortasse cum hoc aquarum copiâ auctus, miscetur, fontes verò multò altiores habet, fontibus Danubii, jure magis naturali pro Danubio reputari possit; ut adeò Summitas montium totius Europæ maximæ et suprema, omnes etiam maximos Europæ fluvios emitteret.
Scala
5
15
Horar

PROFILA DUO

RE EADEM SED MAGNITUDINE SCALÆ DIVERSA

ad Mappam Situationis Fontium Danubii, aliorumq; fluviorum insignium spectantia, in quibus diversæ Altitudines tum Danubii, Oeniq; fluminum, tum aliorum inter utrumq; interjacentium locorum, instrumento barometrico observatæ, juxta scalas appositas, in minori Profile Generaliter saltem, in majori verò multò distinctiùs ad oculum repræsentantur.

PROFILUM MINUS.

Scala pedum — Tigurinor

PROFIL. MAJUS.

Scala pedum — Tigurinor





Anatomia Aquilæ, Melanäetos, Stein-Adler, (quæ reliquis minor est) dictæ *Fuscæ*.



Explicatio Literarum.

A. Stomachus.

a. Glandulæ Stomachi.

B. Pars Intestini, eaque seorsim, per Microscopium visæ, b.

C. Stomachus, et Intestinum annexum, bisectum.

c. Glandulæ per Microscopium visæ.

D. Vermes, in Intestinis reperti.

ONOCROTALUS, sive PELECANUS. *ALDROVAND.*

EXPLICATIO LITERARUM.

TOM. VI. TAB. VII.

A.A. Bifurcatio Asperæ Arteriæ; cum. a. Epiglottide. B. Rostri margo superior; colore atro-griseo notatus.
C. Margo Rostri inferior, rubicans. D. Bursa, sive, Marsupium. E. Bursæ insertio ad Collum.
F. Oesophagus. G. Ventriculus. H.H.H. Intestina, ad 300. circiter digitos, longa. I. Intestinum Cæcum Duplicatum.



ONOCROTALI

SUMMA OSSA ALARUM LEVISSIMA, OMNIQUE OMNINÒ MEDULLÂ CARENTIA.

cum
bisecto
VENTRICULO.



EXPLICATIO LITERARUM.

A. Ventriculi Cavitatis Glandulæ. B. Orificium Superius. C. Orificium Inferius. D. Tunica Interior abstructa; et sub quâ latent Glandulæ. E. Tunica Exterior Ventriculi. F. Glandulæ per Microscopium visæ. G. Ipsa tunica à Glandulis separata. H.H. Bina Animantis Crura. I.I. Prædictorum ossium extremitas superior. K.K. Eorundem extremitas inferior.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ DE HUSONE.

I. SEctio brevis, ſivè eviſceratio Huſonis per excellentiam ita dicti.
II. Antacæi ſtellati *Eſter* propriè Germanis, ſivè *Waxdik*.
III. Antacæi noſtrati, *Scherg* propriè Germanis dicti.

Cauſæ ſuſceptæ Anatomiæ in Piſcium aliquibus.

Pennata poſtquam aliqua majora in aëre contueri libuit, meritò & ſquammatum, dulcibus in aquis, Pecus tum unà excutere par erat.

Ex his igitur Piſcibus nullus Huſone dignior viſus eſt, quem hîc conſiderandum ſumeremus; Huſone, inquam, cujus VI. genera Tomo IV. de Piſcibus recenſuimus. Inter hos verò ille, quem hîc expendimus, primi generis, ſivè primæ magnitudinis unicè eminet. Neque id verò tantùm propter molem, quâ cæteros antecellit, ſed etiam propter conſtitutionem illam cartilaginoſam, quæ in reliquis Piſcibus, & animantibus minimè obſervatur, utpotè quæ nonniſi oſſibus ac ſpinis donantur.

Ad hanc verò anatomicam exercitationem potiſſimùm inducti fuimus, ex quo noſtrâ militari morâ durante in Inſulâ ad Cataractas Danubii infra Orſovam An. 1690. unico quandoque die 50. 60., & etiam 100. Huſones à Piſcatoribus aperiebantur. De quibus, ut ita dicam, cetaceis in victum humanum capi ſolitis, illud notatu dignum videtur, quòd nec in patenti illo oris hiatu, nec in Oeſophago, nec in Ventriculo, nec demùm in inteſtinis quidquam cibi ſolidi inveniebatur ſed tantùm luteus quidam mucus craſſus, & coloris dilutè flavi, omnes has partes undèquaque à ſummo uſque ad imum magis vel minùs explebat. Quin & Piſcatores in hanc Piſcationem incumbentes (quemadmodùm in deſcriptione noſtrâ eorundem Piſcium meminimus) nil ſolidi præter herbulam aliquam, aut folium arboris, quæ accidentaliter tantùm non cibi loco aſſumi credibile eſt, in illo genere aliquoties inventum fuiſſe teſtantur. Cum Patavii recenſeretur Anatomia hæc Huſonum, adſtante peritiſſimo ejuſdem Profeſſore in eâdem Univerſitate, Morgagni, ad quem plures Huſonum ſpecies deduxeram, exceptâ illâ primæ magnitudi-

nis, quæ rariſſimè capitur in Pado flumine, in ventriculo duorum Huſonum, qui ſecti fuerunt, ſivè in inteſtino duodeno parvuli piſces detecti ſunt jam conſumpti, quorum non niſi ſpinæ adhuc extabant.

I.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ
IN HUSONEI.

HUſo primæ magnitudinis ab aliis omnibus differt ventriculo, quem habet in formâ cujuſdam ſacci ex puris membranis, cum cæteri è contrà ventriculum habeant carnoſum ſicuti eſt in Pennatis ſeminivoris. Juxtà ſtructuram illam igitur internam ventriculi, poſſemus quidem illas VI. ſpecies in duas reducere, quia Huſo, qui eſt majoris molis, ventriculum, ut diximus, magis elaboratum non habet, qui non eſt niſi continuatio quædam Oeſophagi ad Inteſtinum Duodenum: at verò ſpecies aliæ ventriculum habent carnoſum, & accedentem ad formam & ſtructuram ventriculi Pennatorum. De reliquo in omnibus iſtis ſpeciebus, demptâ ventriculi ſtructurâ, ut jam dictum, modicam differentiam invenimus; & in iſtis quoque nil planè cibi contineri adnotavimus. Propterea nobis modò placuit exactiorem nonnihil Anatomiam primarii Huſonis, & quoad Cartilaginum conformationem ſivè Oſteologiam aliquid demonſtrare, ut inveſtigari demùm poſſit ab aliis, quibus id commodiùs eſt, quâ ratione tanta carnium moles (quod ſanè mirum eſt) non niſi per has Cartilagines ſpinam Dorſi efformantes regatur. Quarum productam formationem hic omnium oculis exponi curavimus, quantumvis nos circà talem ſtructuram cæcutiamus quam forſan nonnulli deinceps meliùs illuſtrare poterunt auxiliante fundamento noſtrorum tentaminum. Quamobrem diligenter curavimus, ut figuræ fideliter exprimerent quidquid nos vidimus, & obſervavimus.

OB-

Pertinens cum sequentibus octo Tabulis ad Husonem I. vulgo Morona.



Explicatio Viscerum ac Intestinor. Husonis aperti.

A. Cor.

B. Arteria magna

C. Arteria, in 4 Canaliculos diversa, quæ in branchias se insinuant.

CC. Diaphragma.

DD. Hepar.

E. Vesica fellea

FF. Canalis, sive forte Portæ Venæ, ad Hepar ascendens et cum Intestinis secundum ipsorum longitudinem communicans.

GG. Lien.

HH. Oesophagus.

II. Pilorus.

K. Pancreas.

L. Duodenum.

M. Ileon.

N. Rectum.

O. Mesenterium.

P. Vesica Natatoria.

Q. Lactes.

* Ventriculus.

Anatomia Husonis.

Fig. I.

Fig. II.



A. Cavitas prima.
B. Hepar.
C. Vesica natatoria.
D. Intestina.
E. Lactes,
E. Mesenterium.
Vesica natatoria duas spithamas longa et unam lata, ab ano distat 2. spithamas, à suprema cavitate 4. digitos.

A. Oris Cavitas.
B. C. D. Oesophagus, qui in C. reflectitur sursum ad Ventriculum, cum viscera sunt in suo naturali situ.
E. Ventriculus.
F. Pancreas.
G. Intestinum Duodenum.
H. Ileon.
I. Flexus Ilei ostensus in Tab. IV. ad litt. M. M.
K. Intestinum Rectum.
L. Anus.
*. Vesica natatoria communicans cum Oesophago.

Fig. III.

Intestini Recti Valvula Cochlearis.



FIGURÆ
EXPLICATIO.

A. Oesophagi aperti pars suprema.

B. Pars Vesicæ natatoriæ cum Oesophago communicantis.

C.C.C. et cæt. Rugæ funium instar secundum Oesophagi longitudinem eminentes.

Vesica natatoria aperta.



FIGURÆ EXPLICATIO.

A. A. Pars Vesicæ natatoriæ interior, crispaturis undique rugosa, mucilaginosa, coloris albi.

B. Pars exterior, a qua, Vesica leniter exsiccata, cuticula interior A. A. abstrahitur, et in multiplicem usum adhibetur. Colore cinereo-livido maculata conspicitur.

C. Pars, quâ Oesophago adhæret.

Glandula cum annexo frustulo intestini.

Hæc ex durioribus tuberculis tota quasi est conglomarata. Se autem aperit ad Pylorum a. Est b. Pars Ventriculi. c. Pars Intestini Duodeni.

Eadem Glandula Intestinus adjacens que forte vices Pancreatis gerit.



Oculus

Glandula bisecta.



Frustulum intestini Glandulæ annexum, quod circa a.a.a. nempe superius, cæcum; inferius circa b. magis album. Crusta interior tectura quasi reticulata constat.

Pars Intestini Recti aperti, substantiæ carneo-fibrosæ cum a.a.a.a. et cæt. valvulis.

Earum partium conjunctionem vide in sectionis Piscis totius delineatione.



Explicatio.

A.A. Lobus Hepatis.
B. Vesica fellis.
C.C.C. Meatus Cysticus.
D. Orificium eiusd. Meatus.
E.E. Glandula gerens vices Pancreatis, dissecta.
F.F. Parietes crassi eiusdem Glandulæ.
G.G. Pars Ventriculi.
H. Pylorus.
I.I.I. Portio Intestini Duodeni.

Hepar.

AA Vasa sanguinea ex hepate prodeuntia & per longitudinem intestinorum excurrentia.

BBBB Lobi.

C. Vesicula fellis.

LIEN.



COR.



Substantia Cordis hujus externa, est tunica quædam, glandulis a. a. a. et cæt. tota quasi inspersa. et quidem in parte præcipuè inferiori. b. crassioribus: è quibus lympha quædam ab ipso cordis motu foras exprimitur in cavitatem, cui cor inest, credo, ut eandem præstet utilitatem, quam in homine humor Pericardii. c. c. c. Auricula Cordis.

d. Arteria magna.

Sceleton Husonis ejusdem.



Literarum Explicatio.

A. A. Locus Cerebri, quod est paucissimum, et valdè exiguum.

B. Cavitas pro spinali medullâ incipiens à cavitate cranii, (etsi hoc initium in fig. non ostendatur) et usque ad extremitatem caudæ protensa.

C. Cavitas dissecti canalis cartilaginosi ab ipsâ substantiâ basis cranii incipientis et in finem usque caudæ se extendentis, qui canalis continet substantiam quamdam tenacem, de quâ in fig. III. proximæ Tabulæ XIX.

D. Cavitas bissecti Canalis Cartilaginosi, planè vacui; sive, foramen, ad finem usque caudæ porrectum, in quo tamen, si quis probè attendat, nervus exiguus protenditur.

E. Initium Carnis cujusdam, à pulmone vix differentis, cui se insinuant duo foramina exigua, ab auriculâ cordis originem suam ducentia, et in loco.

G. in tria se divaricantia.

H. Cutis extima dorsi.

Caro, E. Naturali magnitudine visa, et figurâ.

Os durissimum, incipiens ab extremitate rostri, et desinens in fine capitis, ad dorsum.

pertinens ad parvum Husonem ex Pado. dissectum conferendi gratiâ ejus Anatomen cum visceribus ostensis in proximis Tabulis IX. et X. ac facilè magnâ ex parte referendum ad Husones Danubiales V. et VI.



Explicatio

Viscerum atque Intestinorum.

A. Cor.
B. Arteria magna.
C.C. Diaphragma.
D.D. Hepar.
E. Vesica fellea.
F. Vena Portæ ab intestinis ad Hepar ascendens.
G. Lien.
H. Oesophagus, sursum se reflectens ad Ventriculum.
*. Ventriculus.
I. Pancreas.
K. Intestinum Duodenum.
L. Ileon.
M. Rectum.
N. Vesica natatoria.
O.O. Lactes.

pertinens ad eundem Husonem ex Pado.

Figura II.



Explicatio

Partis Posterioris capitis parvi Husonis, sectæ secundum longitudinem, et visæ à latere.

A. Pars Cranii.

B. Pars Posterior cavitatis cranii apertæ.

C. Spinalis medulla in suo Canali contenta, incipiens intra cranium, et truncata in f.

D. D. Substantia illa tenax, de quâ in fig. III. incipiens valde tenuis sub cranii cavitate, et truncata in g.

E. Cavitatis canalis, de quo ad literam D. in Sceleto Husonis Tab. XVII.

Figura I.



Explicatio Sectionis parvi Husonis.

A. Cavitas pro spinali medullâ.

B. Substantia quædam tenax, de quâ in fig. III.

C. Cavitas canalis, ostensi in Sceleto Husonis ad literam D. Tab. XVII.

D. D. D. D. Caro musculosa.

E. Series squamarum ossearum positarum secundum Piscis longitudinem in medio dorsi, quarum acumen est ipsi Pisci ferè verticalis.

F. F. Series binæ squamarum lateralium superiorum.

G. G. Series totidem squamarum lateralium inferiorum. Hæ quatuor series acumina habent obliquata retrorsum sic, ut Piscis quidem corium muniant, nec ejus tamen motui obsistant.

H. Cavitas ventris, ex quâ viscera exempta sunt.

Explicatio

Substantiæ illius tenacis de quâ in proximis figuris indicatum est ad literas B. et D. D. Hæc coeto Pisce durescit. Itaque tota ab initio ad finem exempta hic repræsentatur.

A. Initium hujus substantiæ sub cranii cavitate.

B. B. Sectio ejusdem substantiæ ferè in medio suæ longitudinis, ut appareat constare ipsam ex duplici aliâ substantiâ, exteriore unâ, pellucidâ; interiore alterâ, albâ, opacâ.

C. Finis descriptæ substantiæ in caudæ extremitate.

D. Caudæ extremitas.

Figura III.

Fig: I.



Fig: II.



Fig. III.



Fig. IV.

Fig. V.



Fig. VI.

Annotationes quædam ad anatomiam piſcium Huſonis V. & VI. quos Germani vocant Eſter et Scherg.

Fig. I. *In hac figura exibetur Ventriculus piſcis Eſter ſectus ſive apertus et ſunt Littera*

A. *Partes carnoſæ cujus carnis craſſitiem puncta oſtendunt.*
B. *Pars interior tuberoſa et lævis.*
C. *Foramina quæ in glandulam ☽ ingrediuntur, hoc eſt in Pancreas.*
E. *Pars Oeſophagi.*
F. *Pars Intestini Duodeni.*

Fig. II. *Hæc figura exhibet eundem Ventriculum, ſicuti eſt integer, et clauſus.*

A. *Glandula.*
B. *Pars Oeſophagi.*
C. *Pars Intestini Duodeni.*

Fig. III. *Eſt Ventriculus* Scherg *ſectus ſive apertus, et hic ut ſupra.*

A. *Repræſentat partes carnoſas, earumque craſſitiem puncta.*
B. *Pars interior lævis et protuberans.*
C. *Pars Duodeni confuſis lineamentis interius ſulcata.*

Fig. IV. *Ventriculus eiusdem piſcis integer cum*
A. *Carne glanduloſa adhærente.*

Fig. V. *Cor majoris piſcis, ſive Eſter.*

Fig. VI. *Cor minoris piſcis, ſive Scherg.*

Appendix.

Colorum in hepatibus Huſonis V. *et* VI. *differentia hæc eſt, quod piſcis minoris Scherg hepar ſit cæruleo-nigricans punctulis ſubalbidis interſpeſſum; majoris vero Eſter ex albo rubrum, inæqualiter tamen, ita ut alicubi albicantius, alicubi rubicundius, non tamen præciſis terminis appareat.*

Omnia intestina prædictarum ſpeciarum exterius ex cæruleo nigricant, interius rugoſa, lutea ſunt et muco viſcoſo oblita.

OBSERVATIONES ANATOMICÆ

IN

LUTRA.

ANATOMIA LUTRÆ.

LUTRA, cùm Amphibium ſit Animal; quòd & terrâ gradiatur & undis plerùmque ſe tegat; illâ tamen facultate eam nos hîc potiùs cenſere voluimus: & in hanc partem conjicere quæ, quaſi ſepimentum quoddam, vel tanquam paries intergerinus ſit, inter Alatum ac Squamoſum genus iſtud Animantium.

LUTRA, Animal Amphibium, Quadrupes pilos habet curtos, ſpiſſos, colori Caſtaneo accedentes; caput atque dentes, ſimiles ferè capiti atque dentibus Canis Venatici; caudâ rotundâ, craſſâ, inque acumen deſinente: Veſcitur herbis, ac fructibus, & præcipuè Piſcibus; quos mirâ arte venatur & capit. Pluribus videatur Jonſton. Hiſtor. Animalium.

EXPLICATIO FIGURARUM.

Fig. I.

A. A. Renes viſi à parte poſticâ.
B. B. Eorundem Renum in plures veluti Renes diviſio, qui tamen, communibus vaſis appenduntur, veluti in Urſo.
C. Truncus venæ cavæ.
D. Truncus arteriæ magnæ.
E. E. Vaſa emulgentia.

Fig. II.

A. Uterus.
B. B. Ovaria.
C. C. Ligamentum, ſivè expanſio membranoſa.
D. D. D. Tres parvæ protuberantiæ, in cornubus uteri obſervatæ; pauci enim temporis prægnans erat animal.
E. Veſica urinaria, à ſuo ſitu naturali, reclinata.
F. Uteri vagina.
G. G. Pudendi labia.
H. Pudendi rima anguſtior.

Fig. III.

Exhibet unam, ex prædictis protuberantiis, apertam, in quâ, aqua limpida,

pida, & modicæ craſſitiei reperta eſt, in cujus medio innatabat corpuſculum albi coloris, ſub litera B. hîc adumbratum.

A. A. Latera diſſecti tuberculi.

Fig. IV.

A. A. Hepar in ſeptem lobos diviſum.

B. Veſicula fellis exigua, & bile ſubluteâ referta.

Reliqua in hoc viſcere non differunt à cæteris quadrupedibus.

Fig. V.

A. A. Pulmones, in ſex lobos diviſi.

B. Aſpera arteria.

C. Cor ſatis robuſtum, & magis ad rotunditatem accedens, quàm in cæteris animalibus.

DE

Fig: I.



Fig: II.



Fig: III.



Fig: IV.



Fig: V.



DE
EXPERIMENTIS
HABITIS AD MENSURANDAM
VELOCITATEM
AQUÆ
DANUBII AC TIBISCI.

EXhibentur hîc Tabulæ experimentorum, quæ habita ſunt ad menſurandam velocitatem aquæ fluentis Danubii ad Pontem Petervaradini, ac fluentis aquæ Tibiſci ad Pagum Sablia, & ad Pontem Betz. Atque utinam tempus moduſque adfuiſſent, ut eadem experimenta perficerem in ſingulis majoribus fluminibus Danubium ineuntibus, & in variis ejuſdem Danubii ſitibus, ubi novis idem fluminibus impinguatus eſt, ac præcipuè in ejus tam anguſto ſitu paulò ſuprà cataractas. Hinc enim clarius, & ineluctabile ſyſtema ratum fuiſſet circà naturam motûs fluminum, & plurium experimentorum copia pleniſſimam de hoc fidem feciſſet. At quæ per me fieri potuerunt obſervationes exactæ ſunt. Methodus autem, quâ in iiſdem peragendis ſum uſus, in ponè ſequentibus Tabulis, in queis eadem experimenta ſunt, præmittitur.

TABULA PRIMA MENSURÆ VELOCITATUM AQUÆ FLUENTIS DANUBII.

Quadrante exploratæ ad Pontem Peterwaradini, Cujus Pontis longitudo eſt Orgyarum 212.

FLuminis profunditas in ſingulis ſtationibus in partes tres, ſuperiorem, mediam, & inferiorem, æſtimatione dividebatur, atque in hiſce ſingulis experimenta capiebantur, demiſſa uſque ad eam profunditatis partem bolide penduli ex quadrantis centro ſuſpenſi. Pro velocitatum menſurâ notantur in ſingulis obſervationibus gradus deviationis penduli à lineâ perpendiculi; quòd nempè velocitates ipſæ horum angulorum tangentibus ſint proportionales.

Stationes Navis, ac Inſtrumenti.	*Profunditas tota Flum. in ſingulis hujus ſectionis ſtationibus.*		*Gradus deviationis Penduli à perdendiculo, ſivè velocitas aquæ in parte ejus profunditatis.*		
	Superiori.	Media.	Inferiori.		
	Org.	Ped.	Gr.	Gr.	Gr.
1.	3.	—	3.	5. *plus.*	9.
2.	1.	$2\frac{1}{2}$.	3.	6.	8.
3.	1.	3.	3.	7.	11.
4.	2.	1.	3.	6.	11.
5.	2.	2.	5.	7.	10.
6.	2.	4.	6.	8. *plus.*	11.
7.	4.	5.	7.	11.	13.
8.	5.	$\frac{1}{2}$.	8.	15	21.
9.	6.	*plus.*	10.	25.	28.
10.	7.	1.	12.	26.	30. *plus.*
11.	7.	—	11.	23.	27.
12.	5.	5.	6.	13.	19.
13.	4.	$\frac{1}{2}$.	5. *minus.*	7.	9.
14.	4.	—	4.	6.	9.
15.	4.	—	3.	6.	9. *minus.*
16.	3.	—	3.	5.	8.

TABULA II.

MENSURÆ VELOCITATIS AQUÆ FLUENTIS *TIBISCI.*

Quadrante exploratæ ad Pagum *Sablia*, ubi Fluminis latitudo eſt Orgyarum 105.

MEnſurandi ratio eadem fuit quæ ſuprà eſt tradita de Danubio ad Pontem Peterwaradini.

In hujus ſectionis velocitatibus dimetiendis, latitudo ejus in partes æquales ſex diviſa fuit, & totidem in iis ſtationes habitæ.

Stationes Navis ac Inſtrumenti.	*Gradus deviationis penduli à perpendiculo ſivè velocitas aquæ in parte ejus profunditatis.*		
	Superiori	Media	Inferiori
	Gr.	Gr.	Gr.
1.	10.	24.	15.
2.	$10\frac{1}{2}$.	40. *plus.*	$30\frac{1}{2}$.
3.	10.	33. *plus.*	32.
4.	3.	10.	15.
5.	7.	15.	22.
6.	2.	3.	$4\frac{1}{2}$.

Latitudine autem Fluminis in partes 16. diviſa inventæ ſunt in hiſce ſingulis, quæ ſequuntur aquæ profunditates.

Stationes	Profunditas Fluminis	
	Org.	Ped.
1.	3.	
2.	4.	
3.	4.	$5\frac{3}{4}$.
4.	5.	3.
5.	5.	3.
6.	5.	4.
7.	6.	*plus.*
8.	6.	3.
9.	6.	1.
10.	6.	[illegible]
11.	6.	*minus.*
12.	6.	*minus.*
13.	5.	5.
14.	2.	4.
15.	1.	0.
16.	0.	4.

TABULA III.

MENSURÆ VELOCITATUM AQUÆ FLUENTIS *TIBISCI.*

Quadrante exploratæ ad Pontem Betz ubi Fluminis latitudo eſt Orgyarum 100.

MEnſurandi ratio eadem atque in ſectionibus ſuprà traditis.

Stationes.	*Profunditas tota Fluminis in ſingulis hujuſce ſectionis ſtationibus.*		*Gradus deviationis penduli à perpendiculo, ſivè velocitas aquæ in parte ejus profunditatis.*		
			Superiori	Media	Inferiori.
	Org.	Ped.	Gr.	Gr..	Gr.
1.	5.	5.	$3\frac{1}{2}$.	7.	17.
2.	6.	1.	3.	7. *plus.*	18.
3.	4.	2.	3.	$7\frac{1}{2}$.	15.
4.	3.	3.	$2\frac{1}{2}$.	4.	9.
5.	5.	5.	3.	7.	12.
6.	4.	—	8.	11.	12.
7.	3.	4.	2.	6.	9.
8.	2.	3	2.	6.	$12\frac{1}{2}$.

TA-

ADNOTATIONES AD TABULAS PRÆCEDENTES.

IN tabulâ experimenti habiti in Danubio ad Pontem Petervaradinum actæ fuerunt ſexdecim ſtationes navis, quæ ſuſtinebat inſtrumentum ad dignoſcendas diverſas velocitates aquæ in profunditate ſuperiori, mediâ, & inferiori.

In majori profunditate, quæ ſeptem orgyas æquat, deprehendimus velocitatem ſuperiorem 12. grad., mediam 26., inferiorem verò 30. grad., undè colligitur tanti fluminis velocitatem paulò minùs triplo majorem eſſe in inferiori, quàm ſuperiori profunditate.

In tabulâ Tibiſci ad Pontem Betz deprehendimus majorem profunditatem ſex orgyas æquare, velocitatem in inferiori profunditate ſexies majorem eſſe ſuperficiali, & bis ferè cum dimidio, mediâ majorem eſſe; & repeto, maximæ futurum utilitatis ſi experimenta eadem in cæteris fluminibus maximæ magnitudinis perage-rentur, ut ſtatueretur theoria motûs aquæ per tot Fluminum experimenta.



DE VARIETATE AQUARUM DANUBIO SESE IMMISCENTIUM.

DE VARIETATE AQUARUM DANUBIO SESE IMMISCENTIUM.

DIverſitas aquarum fluentium, ſtagnantium, putealium, mineralium, glacialium, pluvialium, ſer malium, cum aquâ cupreâ *Ciment* dictâ, quæ multoties Danubio noſtro, uti diximus, immiſcentur, in cauſâ fuit cur molirer experimenta, & obſervationes haberi ſolitas in hoc elemento vario, pro .. variis immixtionibus, & motibus, & ocio aquarum.

Experimenta hæc omnia, & ſingula, ut illico ſub oculos veniant, exhibeo tabulis ponè ſequentibus, in ſuas rubricas diviſis, quæ in iiſdem tabulis diſtinguuntur.

Hiſce omnibus ſubjeci adnotationes, quæ non modò reſpiciunt aquarum experimenta, ſed & diverſos effectus, quos gignunt in hominibus, atque animalibus, ut inferat unus quiſque cujus naturæ ſint præcipuè aquæ fluentes in flumina Hungariæ piſcibus refertiſſima.

TABULA

VARIORUM EXPERIMENTORUM TAM CIRCA AQUAS FLUVIALES DANUBII, VARIO TAMEN SITU, QUÀM ET ALIORUM FLUMINUM, IN EUNDEM SE EXONERANTIUM; TRACTU ISTO, QUI DESCRIBITUR.

	Nomen Fluminis.	Locus Experimenti.	Tempus Anno 1695. Mensis.	Tempus Anno 1695. Dies.	Color.	Odor.	Sapor.	Fermentatio cum Alkaliko Tartari.	Fermentatio cum Acido Vitrioli.	Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ divisæ in Grad: tam in Aqua Frigida.	Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ divisæ in Grad: tam in Aqua Calefacta igne.	Color per decoctionem Gallarum.	Color per decoctionem Corticum Pomi Gran:	Sedimentum Evaporationem habet Color.	Sedimentum Evaporationem habet Odor.	Sedimentum Evaporationem habet Sapor.	Sedimentum Evaporationem habet Accension.
	Danubius.	Vienna.	Maius.	6.	Columbinus.	Terreus.	Pinguiter amarus.	Null.	Parvulæ globorũ cum ortu.	8.	9.	Vini turbidi.	Cinereus.	Album.	Terreum.	Solum Alkalicũ.	Null.
	Danubius.	Buda.	Octobr:	8.	Columbinus.	Arenoso-Terreus.	Amaricans.	Null.	Null.	8.	8½.	Vini obscurior.	Cerevisiæ.	Candicant.	Terreum.	Terreum.	Null.
	Danubius.	Baia.	Iun:	12.	Clarus.	Terreus.	Pinguiter amarus Terreus.	Albida Nubi similans quæ dam.	Null.	8.	9.	diluti Viridis.	Obscurè cedring.	Obscur:	Terreum.	Null.	Null.
RIPA MERIDIONALIS.	Danubius.	Colut.	Maius.	20.	Columbinus.	Terreus.	Terreus.	Null.	Null.	6.	9.	Vini.	Cerevisiæ clara.	Candicant.	Terre:	Terre:	Null.
	Laijta.	Hung: Alkaburg.	Octobr:	11.	Clarus.	Terreus.	Amarus.	Null.	Null.	8.		Caruleo-fubriridis.	Cerevisiæ.	Candicant.	Paludos:	Terre:	Null.
	Rabniz.	Iavarinum.	Octobr:	13.	Clarus.	Terreus.	Amarus.	Null.	Null.	8.		Caruleo-fubriridis.	Cerevisiæ.	Candicant.	Paludos:	Terre:	Null.
	Arrabo.	Iavarinum.	Octobr:	13.	Clarus.	Terreus.	Amarus.	Null.	Null.	8.		Caruleo-fubriridis.	Cerevisiæ.	Candicant.	Paludos:	Terre:	Null.
	Tibiscus.	Segedinum.	Maius.	26.	Obscurè lucidus.	Terreus.	Paludosus.	Null.	Null.	8.		Terreo-fubriridis.	Cerevisiæ pinguioris.	Alb:	Terre:	Terre:	Null.
SEPTENTRION:	Tibiscus.	Segedinum.	Octobr:	4.	Obscurus.	Terreus.	Virosus.	Null.	Null.	6.		Tabaci instar.	Densè-flavus.	Obscurè Candicant.	Paludoso-Terre:	Paludoso-Terre:	Null.
	Marusius.	Makott.	Maius.	26.	Turbidus-Columb:	Minùs fortiùs Terreus quàm Tibisci.	Gratus.	Null.	Null.	8.		Musti.	Cerevisiæ.	Candicant.	Terre:	Null.	Null.
	Marusius.	Makott.	Octobr:	4.	Clarus-Columbin	Null:	Optimus.	Null.	Null.	7.		Violaceo-clarus.	Cerevisiæ clar.	Alb:	Null:	Null:	Null.

TABULA

EXPERIMENTORUM, IN AQUIS STAGNANTIBUS AD RIPAS DANUBII, AC TIBISCI, PLANITIÉQ; EÂ, INTER UTRUMQ; FLUMEN MEDIÂ, BAZKA DICTA, HABITORUM.

Nomen Stagni.	Locus Experimenti	Tempus Anno 1695. Mensis.	Tempus Anno 1695. Dies.	Color.	Odor.	Sapor.	Fermentatio cum Alkaliko Tartari.	Fermentatio cum Acido Vitrioli.	Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ, divisæ in Grad: tam in Aqua Frigida.	Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ, divisæ in Grad: tam in Aqua Calefacta Igne.	Color per decoctionem Gallarum.	Color per decoctionem Corticum Pomi Granati.	Sedimentum Evaporationem habet Color.	Sedimentum Evaporationem habet Odor.	Sedimentum Evaporationem habet Sapor.	Sedimentum Evaporationem habet Accension.
Palus.	Sobbodiska.	Iun:	6.	Obscurè-clarus.	Graviter Terreus.	Pinguis Paludosus cum multa copiâ vermium	Null:	Null:	8.		Viridis Obscurè-tetricus.	Tabaci instar.	Alb:	Terre:	Null:	Null.
Pellicz.	II. Hor: proculâ Sobbodi a.	Iun:	6.	Obscurè-clarus.	Nonità gravitè: Terreus.	Subfalsus	Alba Nubecula, quæ subsederat.	Null:	8.		Viridis Rufo mixtus.	Instar Tabaci.	Alb	Terre.	non adeò fals:	
Czirik.	Ante ora Segedini in Ripa Tibisci.	Octobr:	4.	Turbidus densè-Obscurus.	Piscium.	Terreo-virosus	Null:	Null:	6½.		Furvi Tabaci specie.	Cerevisiæ pinguioris.	Nigr:	Paludos:	Paludos:	Null.

TABULA

EXPERIMENTORUM, IN AQUIS PUTEALIBUS, HABITORUM AD RIPAS DANUBII.

Nomen Putei.	Locus Experimenti	Tempus Anno 1695. Mensis.	Tempus Anno 1695. Dies.	Color.	Odor.	Sapor.	Fermentatio cum Alkaliko Tartari.	Fermentatio cum Acido Vitrioli.	Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ, divisæ in Grad: tam in Aqua Frigida.	Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ, divisæ in Grad: tam in Aqua Calefacta Igne.	Color per decoctionem Gallarum.	Color per decoctionem Corticum Pomi Granati.	Sedimentum Evaporationis habet Color.	Sedimentum Evaporationis habet Odor.	Sedimentum Evaporationis habet Sapor.	Sedimentum Evaporationis habet Accensionem.
In Ædibus.	Viennæ.	Mai:	6.	Clarus.	Aliqual:	Subacidus.	Nubecula alba ad fundum sedemit:	Null:	7½.		Viridis.	Flavo-obscurus.				
Ad Arborem Viridem.	Budæ.	Octobr:	4.	Clarus.	Null:	Dulcissimus.	Parvula nubes alba.	Null:	7.	8.	Viridis Obscurus.	Cerevisiæ.	Candicant:	Null.	Fortiter Salis de natura Nitri.	Fumant:, Stridents: et pinguedin: ex se comedant.
Ad Molendinum.	Baiæ.	Iun:	14.	Clarus.	Null:	Dulcis.	Parvula nubes alba, quæ sedemittebat.	Null:	8.	9.	Tetrè-Viridis.	Cerevisiæ pinguioris.	Alb:	Terre:	Sal: Nitrosi.	

S.

TABULA

EXPERIMENTORUM CIRCA AQUAM PLUVIALEM HABITORUM COLLECTAM, AD RIPAS DANUBII.

Pluvia		Locus Experimenti	Tempus Anno 1695.		Color.	Odor.	Sapor.	Fermentatio cum		Pondus secundum depressionem Bilancis Hydrostaticæ divisæ in Grad: tam in Aqua		Color per decoctionem		Sedimentum Evaporationis habet			
A Globuli.	B Atomi.		Mensis.	Dies.				Alkaliko Tartari.	Acido Vitrioli.	Frigida.		Calefacta Igne.	Gallarum.	Corticum Pomi Granati.	Color:	Odor:	Sapor:	Accension:
Globuli.		Baiæ.	Iun:	15.	non adeo clar.	Null:	Null:	Null:	Null:	10.			Subflavus limpidus.	Glaucus limpidus.	Nullum	habebat	ur Sedim	entum.
Globi Difciformes, in instanti qu diluvion causfarunt.		Vienna.	16 Mai:	96. a.z. Hr. pom	Subviridis.	Null.	Amarus.	Null:	Null:	8. Subitò quæ deciderat:		7. per dies plures, uno in loco reposita.	Vini albi turbidioris.	Aqua Hordei, vel Liquiritiæ.				

TABULA

EXPERIMENTORUM, IN AQUA NIVALI, HABITORUM; AD RIPAS DANUBII.

Nivium Flocci.		Figura.	Locus Experimenti.	Tempus.		Color.	Odor.	Sapor.	Fermentatio cum		Pondus secundum depressionem Bilancis Hydrostaticæ divisæ in Grad: tam in Aqua		Color per decoctionē		Sedimentum Evaporationis habet			
Grades.	Parvi.			Mensis	Dies				Alkaliko Tartari.	Acido Vitrioli	Frigida.	Calefacta Igne.	Gallarum.	Corticum Pomi Granati.	Color:	Odor:	Sapor:	Accens:
Grandes.	Parvi.		Vienn:	Ianuar:	8.	Limpidus.	Null:	Acris, linguam mordicans.	Null:	Null:	Grad: 6½		Vini novi turbidi, obscure Albent:	Vini Albi turbidi, altero magis tamē Clar:	Cinericium obscurum.	Null:	Cinerr:	absq; Fumo.

T A B U L A

Experimentorum, habitorum in Aquis Thermalibus, ad Ripas Danubii.

Nomen Balnearum	Locus Experimenti.	Tempus		Color	Odor	Sapor	Fermentatio cum		Color per decoctionem cum		Pondus secundùm depressionem Bilancis Hydrostaticæ, divisæ in certos Gr.; tam in Aquâ		
		Mensis.	Dies.				Acido Vitrioli.	Alkaliko Tartari.	Gallis	Corticib: Pomi Granati.	Calida prout est in Baln: Grad:	Calefacta Igne. Grad:	Refrigerata in Aëre. Grad:
Budæ, Balneis destructis.	*In Loco*	*Octobr:*	*9.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphureus.*	*Sulphur:*	*Nulla.*	*Præcipitata materia quædam Alba.*	*Subvirens.*	*Cerevisiæ.*	*9.*		*8.*
ad Pontem Volantem.	*In Loco*	*Octobr:*	*9.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphur.*	*Sulphur:*	*Nulla.*	*Præcipitata materia quædam Alba.*	*Viridis.*	*Cerevisiæ.*	*9.*		*8.*
Civitatis Rascianæ.	*In Loco*	*Octobr:*	*9.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphur: haud tantùm Præ*	*Sulphur: tùm quancedentes.*	*Nulla.*	*Præcipitata mat: Priorib: similis.*	*Viridis.*	*Cerevisiæ.*	*9.*		*8.*
Opidan: Baln:	*In Loco*	*Octobr:*	*9.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphur: Mediocriter.*	*Sulphur: Mediocriter.*	*Nulla.*	*Præcipitata mat: Priorib: similis.*	*Viridis.*	*Cerevisiæ.*	*9.*		*8.*
Baln: Regiis.	*In Loco*	*Octobr:*	*9.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphur: Valdè.*	*Sulphur: Valdè.*	*Nulla.*	*Præcipitatio magis aucta Priorib:*	*Viridis.*	*Cerevisiæ.*	*10.*		*8.*
Frigentibus, Regiis.	*In Loco*	*Octobr:*	*9.*	*Clarus Limpidus.*	*Nullus.*	*Nullus.*	*Nulla.*	*Præcipitatio exigua Alba.*	*Viridis.*	*Cerevisiæ.*		*9.*	*8.*
Teütsch-Altenburgi.	*In Loco*	*Octobr:*	*12.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphur: Valdè.*	*Sulphur: valdè, & Lixivial:*	*Nulla.*	*Præcipitatio major Alba.*	*Viridis.*	*Cerevisiæ.*		*8.*	*7½.*
Strigonii, Calidis.	*In Loco*	*Jun:*	*14.*	*Clarus Limpidus.*	*Terreus aliquomodo.*	*Acidus.*	*Nulla.*	*Præcipitatio minor materiæ Albæ.*	*Subflavé Viridis.*	*Viridis lucidioris.*	*7.*		
Pag: Almash, Tepidis.	*In Loco*	*Jun:*	*14.*	*Clarus Limpidus.*	*Sulphur: Valdè.*	*Sulphur: ingrat: & mordic.*	*Nulla.*	*Præcipitatio mat: cujusd: color: columb.*	*Flavo-Albus.*	*Vini albi clari.*	*8.*		

Nomen Balnearum	Evaporatio distincta secundùm suas partes; hoc est								Aqua distillata per Alembicum.							
	Quantitas Aquæ evaporatæ.		Sedimentum distinctum juxtà													
	Libr:	Unc:	Color:	Odor:	Sapor:	Accension:	Pondus Gran:	Pondus Scrupul:	Color.	Odor.	Sapor.	Pondus Hydrostaticum. Gran:	Fermentatio cum Acido	Fermentatio cum Alkal:	Color per decoctionem cum Gallis	Color per decoctionem cum Corticib: Pom: Gran:
Budæ, Balneis destructis.	*1.*	*6.*	*Ciner: Obscur:*	*Terres:*	*Salis comm: crassi.*	*absq: ullo motu.*	*4.*		*Clara.*	*Alembici.*	*Alembici.*	*8½.*	*Null:*	*Null:*	*Obscurè viridis; forte propter vas cup:*	*Cerevisiæ nigræ dilutior:*
ad Pontem Volantem.	*1.*	*6.*	*Ciner: clar:*	*Insensibil:*	*Purior: salis comm:*	*ut suprà.*	*5.*		*Clara.*	*Alembici.*	*Alembici.*	*8½.*	*Null:*	*Null:*		
Civitatis Rascianæ.	*1.*	*10.*	*Flavescent:*	*de Sulphur: particip.*	*Sal: comm: cum acore Nitr:*	*ut suprà.*	*5.*									
Opidan: Baln:	*1.*	*6.*	*Nigr:*	*Null:*	*Sal: comm: debilis.*	*ut suprà.*	*3.*									
Baln: Regiis.	*1.*	*6.*	*Ferr.*	*Null:*	*Parùm sals:*	*ut suprà.*	*5.*									
Frigentibus, Regiis.	*1.*	*6.*	*Flavescent:*	*Null:*	*Sals: ad Nitrum tendent:*	*Hum: vapor: emitt: acstrid:*	*5.*									
Teütsch-Altenburgi.	*1.*	*6.*	*Ciner:*	*Null:*	*Sal: comm: cæteris fortior:*	*Nullam excit: motion:*	*13.*									
Strigonii, Calidis.																
Pag: Almash, Tepidis.																



Cubus glaciei e Danubio extractæ et ejus crassitiei, qualis in Glacie è flumine extracta 9. Januarii 1696. Viennæ conspiciebatur. Variis stratis hic Cubus erat distinctus, quæ rectæ lineæ picturâ expressæ designant. Hæc strata nonnisi aeris particulæ sunt intra Glacialem substantiam conclusi. Ex quo illud colligi potest, Glaciem mole suâ augeri ad formam stratorum, et impetu quodam ita coire, ut aerem in strati jam formati superficie existentem una comprehendat. Lineæ quas guttulæ aeris formarunt, signatæ punctulis demonstrantur per Num. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Tabula

Experimentorum circa Grandinem ad ripas Danubii cadentem.

Grandinum.		Situs Experimenti.	Tempus.		Color.	Odor.	Sapor.	Fermentatio.		Pondus secundùm inclinationem Bilancis Hydrostaticæ in Gr. divisæ, tam in Aquâ.		Color, per decoctionem.		Sedimentum Evaporationis, habebat.			
			Mensis.	Dies.				cum Alkali tartari.	cum Acido Vitrioli.	Frigidâ.	Calefactâ.	Gallarum.	Corticis Pomi Granati.	Colorem.	Odorem.	Saporem.	Accensionem.
Structura.	Figura.	Vienna.	Januarius.	9.	Colombinus obscurus; Corticem hunc ei conciliante Frigore vitri	Nullus.	Terreus Alkalicus.	Nulla.	Nulla.	Gr: 5.	Gr: 9.	Vini obscurè Albicantis.	Vini minùs obscurè Albicantis.	Terreum Cinericeum	Vini.	Terreum.	Fumum ex se statim dedit.
Basis, Crystalli colore; Cætera, Lactis: Variæ Figuræ ac magnitudinis, Corpora. Cuncta, notata Num: 1. 2. 3. 4. Figuræ 5. 6. Microscopio fuerunt inspectæ.																	
		Vienna.	Maius.	19.	Clarus.	Nullus.	Amaricans.	Nulla.	Nulla.	Gr: 6.	Gr: 9.	Cerevisiæ Albissimæ.	Cerevisiæ Obscurioris.				

T A B U L A

Experimentorum, & Anatomiæ Fontium Aquæ Cupreæ Ciment *dictæ, qui reperiuntur in Hungaria.*

Locus ſcaturiginis, ac curſus fontis.	Separatio particularum cupri exiſtentium in ea Aqua, cum		Color	Odor	Sapor											
	Ferro	Præcipitatio.				Alkalico Tartari	Acidi Vitrioli.	Frigida	Calida	Gallarum	Cortic Pom:Gr:	Colorem	Odorem	Saporem	Accenſionem.	
Montium penetralia *Nerrngrundt*, & *Eibmelnitz*: ille 2. Milliaribus diſtans à *Heüſoll* in Comitatu hujuſce nominis; alteri ½. Milliaris diſtans ab Oppido *Sebmelniz* dicto in Comitatu Sepuſienſi. Ac viæ potiùs & dicendæ & habendæ erunt, quàm Fontes inter ſciſſuras Lapidum, ac poroſitates Terræ; per quas vias pluviales aquæ aut ſolutarum nivium labuntur, venas montium & in iis mineras cupri ac vitrioli perreptando lavantes. Horum ſubſtantia ipſimet humori commixta, efficit ut pluribus demùm receptaculis ſtudioſè aſſervetur in uſum; & in cauſâ eſt, ut illud de ipſâ vulgò circumferatur, hujuſmodi aquam mutare ferrum in cuprum; quando nimirum ipſa quas in ſe tenet mixtas vitriolo cupri particulas ſuper ferrum deponit quod paulatim corrodenti Vitrioli vi, aut totum, aut ſaltem ex parte ſolvitur, & ſubigitur pro modo ſuæ craſſitiei; Æri inciſæ Monti figuræ modò dictis clariorem lucem bunt. Hujuſmodi aqua ab hor, Locor, Mettallurgis, nomine *Ciment* indigitatur.	Minus purum Metallum iſtud à quibuſdam in fundum reſervatoriorum *Ciment* immittitur. Tunc aqua illa facultate ſua corroſiva ac penetrante intrà texturam p- tium ferrearum fibras ferri ſenſim aperit ac ſolvit inſtar aquæ Stygiæ. Lamina ferri cujus craſſitudo ſit unius digiti, 6. 7., aut ad ſummum 8. hebd. ſpatio penitus diſſolvitur.	Eodem tempore quo aqua ferrum corrodit, decidentibus omnibus, quas illa continet, cupri particulis, fit præcipitatio grandinis formâ ſeu granorum diverſæ magnitudinis. Hæ particulæ ſi ferrum omnimodè fuerit corroſum, ad veram ſoliditatem compinguntur. Æſtra verò ubi ferrum non omninò, ſed ex parte tantum corroſum fuerat, vidimus cupream illam maſſam ipſum obtegentem, magnâ licet quantitate ibi ſubſiſtentem levi digiti attactu diſſiliiſſe, inque minutiſſima grana diſperſam. Coagulum præcipitationis iſtius figuram accipit ipſius Ferri lamine E. G. Ferri equini, crucis, cordis, & ſimilium.	Viridis	Nullus	Ipſiſſimi Vitrioli, ac Cupri.	Præcipitavit ſubitò fruſtula materiæ illius viridis æris, quæ in fundo cumulum fecere viridis cujuſdam obſcurioris; poſtquam viridem illum colorem planè amiſerat aqua, indueratq. candidum. Idem & in ſedimento accidit, ac luteo ſivè crocea potiùs ad fundum demiſſa fuit quaſ cruſta cum ſapore mirè acido cupreo, hæc præcipitatio inſtituta fuit cum mole aquæ Unc. 119. ſedimentum vel præcipitata materia ſeparata per cartam, exiccataque in ambiente aëre priuſquam ad Ignem in fumum abiiſſet pendebat. Gr.	Nulla	Gr. 4.	Gr. 5. Calefacta ea color viridis adaugebatur ac turbida quaſi quædam viriditas exſurgebat. Ad fundum præcipitata fuit deſcripta illa materia lutea.	Merum quaſi atramentum Aqua apparuit, cùmque denuò Spir. Vitrioli ipſi ſuperingeſtus fuiſſet, materiam quandam opacam ad fundum præcipitavit. Aqua autem ipſa remanſit colore pulcherrimi Chryſolithi.	Non adeo atratus fuerat quemadmodum cum gallis; cùmq. vitr. ſpiritum mixturæ commiſcuiſſem ad priorem formam aqua reſtituta eſt.					

Deductio

Compoſitio hujus Aquæ hactenùs deſcriptæ eſt ex vitriolo, cupro, & viridi.



ADNOTATIONES
CIRCA
OBSERVATIONES
Et experimenta ſuprà notata.

EX præmiſſis circà fluviatiles Aquas experimentis nonnulla colligi poſſunt, ac

1°. Nullam Aquarum in Tabulâ deſignatarum pejorem eſſe Aquâ Tibiſci circà Segedinum in Ripâ ſeptentrionali, utpotè quæ quartâ die Octobris obſervata reddebat odorem valdè terreum, & ſaporem viroſum, nec non erat obſcuri coloris (Aquæ, terris permixtæ, multùm infectæ turbidæ ſunt, ita Cæſius, ex Falloppii Mineralogiâ pag. 63. N°. 12.).

E contrà verò nullam meliorem eſſe Aquâ Fluminis Maruſii circà *Makort* in Ripâ quoque ſeptentrionali quartâ die Octobris pariter obſervata, utpotè coloris clari columbini, nullius odoris, ſaporis optimi. An verò in omni alio ſitu totoque anno dictorum Fluminum Aquæ tales percipiantur, id non poteſt ex præ-

fatis obſervationibus ſatis colligi, utpotè ſolùm habitis in uno ſitu determinato illorum Fluminum ſuprà expreſſo, atque uno peculiari intrà eumdem annum tempore, imò veroſimile eſt, ipſas plùs minùs variari, prout in locis tam intùs, quàm extrà Terram, per quæ excurrunt, varias mutationes fieri variis de cauſis contingit, quas mutationes modò unius generis corpuſcula, modò alterius, nunc copioſè, nunc parcè ipſis conſociant.

2°. Adverto Aquas diverſorum fluminum, Danubii nempè Laytæ, Rabniz, Arabonis, omnes in ripâ meridionali fuiſſe obſervatas (licet aliquas uno menſe, alias alio ſatis diverſo) coloris clari vel columbini, odoris terrei, & ſaporis plùs minùs amari (Aquæ amaræ juxtà Agricolam lib. de ortu, & cauſis ſubterraneorum circà finem, & alibi, tales ſunt, quia per loca nitroſa permeant.) At verò Aquas aliorum fluminum nempè Tibiſci, Maruſii, omnes in ripâ ſeptentrionali, diverſis licet menſibus obſervatas, omnes inquam, exceptâ Aquâ Maruſii circà *Makort* ſuprà memoratâ, fuiſſe perceptas ad differentiam aliarum, quarum nuper meminimus, coloris obſcuri, & ſaporis paludoſi, aut viroſi, cum illis tamen convenientes quoad odorem terreum, ideoque ſeptentrionalis ripæ Aquas tunc temporis obſervatas (exceptâ ſemper illâ Maruſii circà *Makort*) eſſe impuriores, & deteriores Meridionalibus jam dictis Huic autem conſonant cl. ſcriptores apud Caſſiodorum lib. 3. variarum epiſt. 53. & Cæſium lib. 1. Mineral. p. 65. aſſerentes, Aquas, quæ ad ortum vel meridiem prorumpunt ſalubriores eſſe, è contrà quæ in occidentem, aut ſeptentrionem manant.

3°. Adnoto, nullas Aquarum illarum tam Ripæ Meridionalis, quàm Borealis obſervatas fuiſſe fermentationem facere affuſo ipſis, vel Alkali Tartari, vel acido vitrioli, exceptâ ſolùm Aquâ Danubii circà Viennam. Saporis pinguiter amari, quæ non cum Alkali Tartari, ſed cum acido vitrioli viſa eſt excitare parvulos Globulos. Et rurſus Aqua ejuſdem Danubii circà Briam ſaporis quoque pinguiter amari Terrei, quæ è contrà non cum vitrioli acido, ſed cum Alkali Tartari excitavit quid ſimile albidæ nubi. Quarè particulæ fermenteſcentes in his Aquis non poterant ex guſtu benè dignoſci; nam ibi guſtus percipiebat ſaporem ſimilem, nec tamen ſimilis erat illarum Aquarum fermentatio, ſed una alii oppoſita.

4°. Obſervo nullum dictarum Aquarum ſedimentum, ſeu ripæ meridionalis, evaporato jam humore paſſum eſſe accenſionem, ob inopiam fortaſſè particularum ſulphurearum, vel quia nimis à terreſtribus obrutæ; nam in omni prædicto ſedimento odor terreus vel palludoſus percipitur, & ſic etiam ſapor, excepto tam ſedimento Aquæ Danubii circa Viennam ſuperiùs memoratæ, cujus ſedimenti ſapor eſt ſalſus Alkalicus, quàm ſedimento Aquæ Maruſii circà *Makort* ſuprà indicato, in quo odor, & ſapor nullus.

Alia quæ colligi poſſent circà experimenta prædictarum fluviatilium Aquarum jam tentata, interim ſtudioſis relinquimus.

Ex

EX præmiſſis circà Aquas ſtagnantes ad Ripas Danubii experimentis, nonnulla colligi poſſent.

1°. Attentis colore, odore, ac ſapore ſimul, quos unaquæque ſibi vindicat, nullam ipſarum meliorem eſſe aut æquè bonam, ac ſint Fluviatiles jam obſervatæ, ſed peſſimam fluviatilium, quæ eſt illa Tibiſci circà Segedinum, adhuc eſſe meliorem peſſimâ ſtagnantium, quæ eſt illa ſtagni Czirik antè ora Segedini in ripâ Tibiſci.

2°. Obſervare eſt, nullam ex his ſtagnantibus affuſam acido Vitrioli, vel Alkali Tartari excitaſſe ullam fermentationem ſenſibilem (uti etiam dictum de fluviatilibus) exceptâ Aquâ ſtagni Pelliez duabus horis procul à Sobbodiskâ, ſaporis ſubſalſi, quæ admixta Alkali Tartari albam nubeculam excitabat, quæ dein ſubſidebat.

3°. Obſervo nullum ſedimentum earundem aquarum exhalato jam humore; ſuſcepiſſe accenſionem, at ſolum odorem terreum reddidiſſe, vel paludoſum; ſaporem verò in ſedimento relicto ab Aquâ ſaporis pinguis paludoſi cum copiâ vermium, nullum, & in relicto ab Aquâ ſalſi ſaporis, non adeò ſalſum, denique in relicto ab Aquâ ſaporis terreo viroſi, fuiſſe paludoſum.

Alia, quæ colligi poſſent, ſagacitati curioſorum committimus.

EX præmiſſis circà Aquas Puteales experimentis colligi poteſt.

1°. Has, utpotè omnes clari coloris, & nullius odoris, ſaporis verò dulcis, imò nonnullas dulciſſimi, longè meliores eſſe, ac defæcatiores ambabus in ſuperioribus conſideratis. Sola inter has obſervatas excipitur Aqua Putei in ædibus meis, cujus ſapor erat ſubacidus, forſan ob miſcellam particularum ſalino-acidarum defæcatiorum; hinc ſuprà illâ cum Alkali Tartari fermenteſcebat, & materiam albam ad fundum demittebat.

2°. Obſervo nullam prædictarum Aquarum affuſo ipſi acido vitrioli, paſſam fuiſſe fermentationem ſenſibilem (quemadmodùm etiam de ambabus præcedentibus dictum) at verò omnes affuſo Alkali Tartari excitaſſe nubeculas albas ad fundum deſcendentes, quod indicare videtur particulas ſalium acidorum teneriores, ſeu ſpirituum hujus generis deliteſcentes in ipſis.

Obſervo 3°. ſedimentum hujuſmodi Aquarum poſt evaporationem nullam ſenſibilem flammam concipere, at benè (ut ibi exprimitur) fumare, ſtridere, (ſtridor in combuſtione corporum quorundam ſolet excitare à particulis ſalis nitroſi, vel communis) & pinguedinem ex ſe præbere. Quoad ſaporem verò, tametſi Aqua Putei ad Arborem viridem Budæ ſit dulciſſima, & dulcis ad Molendinum Bajæ, nihilominus prioris ſedimentum ſaporem habet valdè nitroſum, poſterioris autem ſapor quoque nitroſus eſt, ſed non adeò intenſus.

EX præmiſſis circà Aquas pluviarum ad ripas Danubii colligi poteſt.

1°. In his obſervatis longè majorem puritatem, quàm in cæteris præcedentibus reperiri, quia in primis nullæ ipſarum dederunt ſedimentum ullum. 2°. Nullam excitarunt ſenſibilem fermentationem ſivè acido vitrioli mixtæ, ſivè cum Alkali Tartari. Prætereà nullus in ipſis percipiebatur odor, & nullus etiam ſapor vel color, dempta ſolum Aquâ pluviâ Viennæ 1696. Maij 22. horâ ſecundâ poſt meridiem inſtar diluvii delapſâ, cujus color ſubviridis, & ſapor fuit amarus.

2°. Obſervo quod major puritas hujuſmodi Aquarum pluvialium non trahit ſecùm majorem levitatem, quicquid aliter prædicent Plutarchus, Vitruvius, & Medicorum plerique, cum tot aliis Aquas pluviales cæteris præferentes, quòd ſint leviores; nam contrarium indicant obſervationes in Tabulis jam poſitis, cùm pondus ſecundum depreſſionem bilancis hydroſtaticæ diviſæ in gradus fuerit reſpectu.

Aquarum fluviatilium frigidarum gr. 8. ſed in nonnullis gr. 6.

Aquarum ſtagnantium frigidarum ut plurimùm gr. 8. ſed in unâ gr. $6\frac{1}{2}$.

Aquarum putealium frigidarum ut plurimùm gr. 7. ſed in unâ gr. 8.

Aquarum pluvialium frigidarum in unâ gr. 10. in alterâ gr. 8. ſed quæ ſubito deciderat.

Aquarum nivalium frigidarum gr. $6\frac{1}{2}$.

Aquarum glacialium frigidarum gr. 5. & in unâ gr. 6.

EX præmiſſis circà Aquam nivalem experimentis ad Ripas Danubii habitis colligi poteſt.

1°. Hanc ad differentiam omnium præcedentium poſſidere ſaporem acrem, linguam mordicantem (uti ipſius ſedimentum habebat ſaporem cinerum) forſan à particulis nitro ſalinis excitatum, quæ prius coagulationem nivis gignebant.

Obſervo 2°. tam ipſam Aquam, quàm ipſius ſedimentum odorem nullum præbuiſſe, quod refundi poſſet in particularum ſulphurearum defectum; quamvis ipſius ſedimentum, ſuſciperet accenſionem ſinè fumo, forſan quia ipſum non ſuggerebat niſi particulas ſalino-nitroſas.

Obſervo demùm prædictam Aquam affuſo ſivè Alkali Tartari, ſivè acido Vitrioli nullam excitaſſe fermentationem.

EX præmiſſis circà Glacialem Aquam de Danubio experimentis colligi poteſt.

1°. Hanc convenire cum Aquâ nivali in multis, videlicet in colore claro, & odore nullo: rurſùs affuſione ipſius Alkali Tartari, vel acidi Vitrioli nullam fermentationem excitante. Ceterùm poſteà diſcrepat in aliquibus, ut in ſapore, qui in Aquâ glaciali terreus Alkalicus, vel amaricans fuit, in nivali verò ut diximus, erat acris, linguam mordicans (fortè ob majorem copiam purioris nitri) 2°. diſcre-

crepat quoad ſedimentum; nam ſedimentum glacialis Aquæ, tentatâ accenſione ipſius, fumum ex ſe ſtatim dedit; ſed illud nivalis abſque fumo: præterea hoc ultimum nullius erat odoris; at illud glacialis odorem vini reddebat.

2°. Obſervo in his Aquis glacialibus, & nivalibus benè verificari quod auctores tradunt de primatu Aquæ pluviæ ſuprà cæteras puteales, fontanas, & hujuſmodi apud Cæſium de Mineral. Lib. I. cap. 6. pag. 64. Aquam ſcilicet nivalem eſſe leviorem Aquâ pluviâ, & glacialem eſſe leviorem omnibus. Hoc patet ex ſuprà notatis circà Aquas pluviarum.

EX præmiſſis circà Aquas Thermales ad ripas Danubii experimentis nonnulla colligi poſſent.

1°. Aquas hujuſmodi Thermales ſeu Balneorum, licet in novem diverſarum civitatum, aliorumque locorum diſtinctis Balneis (ibi expreſſorum) & ferè omnes eodem Menſe examinatas, adhuc tamen plurimùm in ſuis facultatibus ſenſibiliter, aliiſque affectionibus inter ſe convenire; nam color omnium illarum eſt clarus, limpidus, odor, & ſapor omnium eſt ſulphureus (plus minùs tamen) exceptis Balneis Frigentibus regiis (frigus in Balneis, ſeu Aquis Thermalibus, juxtà Cardanum oritur potiſſimùm ob permixtionem ſalonitri; ita lib. II. de ſubtilitate pag. 100., cui favent experimenta Academiæ Florentinæ pag. 260 forſan etiam oriri poteſt, quia ubi foràs erumpunt, jam longo itinere receſſerunt à locis, in quibus calidi halitus, & in progreſſu halitibus non calidis permixti ſunt; vel etiam oritur, quia dum ſpiritus acidi, nitri, vitrioli, aut ſalis communis, ac ſimiles miſcentur ſalibus volatilibus non oleoſis ſeu ſulphureis, ut ſali volatili urinæ, ſeu oleum Vitrioli ſali armoniaco, fit ebullitio magna cum magno frigore. Vid. experimenta Accademiæ Florentinæ pag. 261.) exceptis, inquam, Balneis Frigentibus Regiis, in quibus nullus odor, nec ſapor, & inſuper Strigonii calidis, in quibus odor eſt quodammodò terreus & ſapor acidus.

2°. Etiam conveniunt, quod nullæ illarum cum acido Vitrioli fermentationem faciant, omnes verò cum Alkali Tartari præcipitent materiam albam (quod forſan fit ab acido ſulphuris dum miſcetur Alkali Tartari, & cum eo colluctatur, & fermenteſcit; hinc in iis quæ notantur, ibi præ reliquis valdè ſulphurei ſaporis, notatur etiam præcipitatio major materiæ albæ, quàm in reliquis.

3°. Conveniunt omnes, quòd ipſarum decoctio cum gallis contrahit colorem viridem, & cum mali Granati corticibus contrahit colorem Cereviſiæ, exceptâ Aquâ Balnæi Pagi Almach tepidâ, quæ licet multùm ſulphurea, (uti quædam aliæ ex jam dictis,) attamen ipſius decoctio tam cum Gallis, quàm cum Granatorum corticibus colorem contrahit flaveſcentem.

Tandem licet ſedimenta earundem Balnearum relicta, inter ſe colore plus variantur & odorem ferè omnia nullum præbeant; unum tamen eſt odorem ex

ſulphure participans (ut in Tabulâ aſſeritur) nihilominùs eadem ſedimenta omnia in cæteris conveniunt; nam ipſorum ſapor eſt ſalis communis plus minùs, cùm illud Balnei Teutſch-Alterburgi, cujus Aqua eſt ſaporis ſulphurei valdè & lixivialis, habeat ſaporem ſalis communis cæteris fortiorem) ſolum tamen ſedimentum ex Balneis Frigentibus regiis ſaporem habet ſalis ad nitrum tendentem, & hoc ſolum tentatâ accenſione circà ipſum emittit humidum vaporem, & ſtridet, reliqua verò omnia nullum motum concipiunt.

Denique conveniunt omnia ſedimenta quòd nullatenus ſenſibiliter fermenteſcant ſivè affuſo acido Vitrioli, ſivè Alkali Tartari, ad differentiam ſuarum Aquarum ex quibus derivata ſunt, quæ ut diximus, licet cum acido non fermenteſcant, benè tamen cum Alkali Tartari fermentationem patiuntur, & materiam albam præcipitant; undè colligi poſſe videtur particulas fermenteſcibiles prædictarum Balnearum eſſe volatiles, & humori ipſarum ſociatas potiùs, non verò terreæ portioni, ac ſedimento.

Alia, quæ colligi poſſent, prout de more, nunc relinquimus; ſolùm addentes, quòd cùm Aqua in ſtatu puriore ſit limpida, ac pellucida, & ut dici ſolet, inſipida, non verò peculiarem alium colorem, aut ſaporem ſibi vindicet, propterea quocunque colore aut ſapore (idem de odore) prædita obſervetur, procul dubio id pendet ex aliarum ſubſtantiarum miſcellâ Aquis adjunctarum, quatenùs varia loca pertranſeunt, & impuræ plus minùs efficiuntur; undè omnes illæ quæ in memoratis Tabulis aſſeruntur coloris viridis, ſaporis acidi, vel amari (quæ ſanè quamplures ſunt) quantùm ad colorem viridem, & ſaporem acidum (licet ab aliis cauſis oriri poſſe non negem) attamen hunc veroſimiliter obtinent ob miſcellam ſalis Vitrioli communis, quod non parùm firmatur obſervationibus expreſſis in Tabulâ experimentorum Aquæ cupreæ *Ciment* vocatæ. Quantùm verò ad ſaporem amarum, hunc ſolet etiam ſubſtantia cupri, vel viridis æris fluidis aliquid acidi in ſe habentibus conciliare, dum ſimul retinentur. Cæterùm Agricola rei metallicæ pertiſſimus non uno in loco docet, nempè lib. I. de ortu, & cauſis ſubterraneorum, & lib. I. de naturâ eorum quæ effluunt ex Terrâ, quòd Aquæ loca nitroſa permeantes ſunt amaræ, & quòd Aquæ amaræ plerumque nitroſæ ſunt; imò Aquas ſalſas à nitroſis diſtinguens ſic ferè diſſerit: „ Aquæ ſalſæ ſalſedine linguam inficiunt, & „ præterea aſtringunt, nitroſæ verò amaritudine aliquâ guſtatum commovent, nec „ aſtringunt, ſed abſtergunt potiùs, imò ſi multùm nitroſæ, cutem lavantium mor- „ dent. „ Hæc Agricola præterea admonens Aquas etiam cum Auri pigmento vel Sandarachâ, aut ſimilibus mixtas amaras eſſe; cuinam verò prædictarum cauſarum una peculiaris Aqua ſuum debeat amarorem, id arguitur ex aliis in Aquâ illâ apparentibus ſignis propriis potiùs unius illarum cauſarum, quàm alterius, vel etiam ex ſedimento, factâ ipſarum Aquarum evaporatione, ab eiſdem relicto, & benè explorato; ſic enim innoteſcere poteſt, an ſint naturæ nitroſæ, an Auripigmento, vel Sandarachâ infectæ, an aliter. Verùm haud modò plura de his.

CA-

CATALOGUS
PLANTARUM
CIRCA
DANUBIUM
SPONTE
NASCENTIUM.



DE CATALOGO PLANTARUM CIRCA DANUBIUM NASCENTIUM.



IN hoc noſtro Danubialium Plantarum Catalogo ea tantùm genera repoſuimus, quæ circà Danubium in Nemoribus, Inſulis, Collibus, aliiſque finitimis locis ſponte ſuâ proveniunt, & quæ ſaltem pro temporum, graviorumque munerum ad alia nos vocantium difficili conditione obſervare potuimus.

In priori igitur hujuſce catalogi columnâ Appellationes ordine Alphabetico ex Tabernamontani Hiſtoriâ Reformatâ collocavimus (cum hic Author Germanus linguâ Vernaculâ Hiſtoriam ediderit, quæ proindè communiùs apud Germanos inveniri, ac faciliùs intelligi potuit). Quòd ſi nomina quædam in ipſâ deſiderentur, ea ex aliis probatis Authoribus mutuati ſumus. Quoniam verò plantæ eædem ſæpè apud diverſos Authores varias ſortiun-

tur appellationes; hinc ſingula vocabula à nobis primùm recenſita haud ſatis unumquemque lectorem in plantæ notitiam ducent, eum ſcilicet, cui aliorum Authorum nomina magis ſunt familiaria. Idcircò nomenclaturas alteri columnæ ex Caſpari Bauhini Pinace attexere conſultum duximus, ut nimirùm lector facile inveniat in eodem Pinace denominationem Authoris ſibi magis perſpectum; quandoquidem Pinax ille nil aliud eſt, ut norunt omnes, quàm diverſorum nominum ejuſdem Plantæ à diverſis Authoribus impoſitorum in unum coacervatio. In tertiâ verò columnâ indicare placuit communem ſeu generalem locum vulgatiorum plantarum; quemadmodùm in quartâ minùs vulgarium particularem locum, nempè Urbium, Oppidorum, Pagorum &c. Cæterùm ne ſæpiùs cogeremur eadem nomina repetere, compendiariâ ſcribendi ratione uſi ſumus. Pro cujus intelligentiâ duo præcipuè velim ut notes; primùm ſi aliqua noſtrarum appellationum non ſubjiciatur immediatè principio alterius ſuperioris, tunc tot eidem verba eſſe addenda, quot antè initium ſuum in ſuperiore leguntur; alterùm, ubi lineola ponitur in ſecundâ columnâ, ibi idem verbum ſubintelligendum eſſe, quod in primâ eodem loco notatur.

No-

Nomina ex hiſtoria Taber. ultimò reformatâ.	Nomina ex Caſpari Bauhini Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
A			
Abrotanum mas	—— mas anguſtifol.	In terminis arvorum, & lateribus viarum.	
Abſinthium vulg.	—— ponticum, ſeu Romanum officin. ſivè Dioſc. C. B. ponticum tenui folium incanum.		
Ponticum Gal. Tab.		locis apricis, & calvis.	
Acanthium fl. albo	Spina alba tomentoſa latifol. ſylv.	lateribus viarum paſſim.	
fl. purp.			
Acer	—— campeſt: minus	nemoribus, & Inſulis	
Acetoſa, ſeu Oxalis	Acetoſa prat.	pratis humidis	
Achillea	Tanacetum minus album odore Camphoræ	pratis humidis	Circâ influxum Fluvii Dravii
Aconitum ſalutiferum	Solanum quadrifol. bacciferum	nemoroſis collibus	Viennam
Adianthum album	Ruta muraria	petris	Poſonium
Aureum minus	Polytrichum aureum medium	opacis, & petroſis nemoribus	Vicegradum, & Wereſchmarton
Adonium luteum	Adonis hort. III.	arvis	Inſulam S. Andreæ.
Ægylops I.	Feſtuca avenacea ſterilis elatior, ſeu Bromos Dioſc. C. B.	locis arenoſis	
Alcea villoſa Jo. Bauh. in App. Tom. 2.	—— hirſuta	pratis arenoſis	Budam, & influxum Dravi
Alkekengi vel Solanum veſicarium			
Alga paluſt. vel Foeniculum aquat:			
Alliaria	Alliaria	Inſulis	
Allium urſinum	—— ſylv. latifol.	Sylvis	
Alleluia vel Oxys			
Alnus	—— rotundifol. glutinoſa viridis.	Inſulis ad ripas	
Alſine I.	—— media	Locis pinguioribus	
hederacea	hederulæ folio	Siccioribus	
major	altiſſima nemorum	pinguioribus	
paluſt.	aquatica major	Inſulis paſſim	
Althæa I.	—— Dioſc., & Plinii C. B.	pratis Inſularum humidis	poſt Budam copioſiſſimè
Alyſſum Gal. fl. purp. Tab.	Sideritis am. rub. anguſtifol.	arvis	
Amara dulcis	Solanum ſcandens, ſeu Dul-	nemoribus.	

Ex historiâ Taber. reformatâ.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
	camara		
Anagallis coerulea	—— coeruleo fl.		
phoenica	Phoeniceo fl.	In locis humidis, & apricis.	
aquat: minor I.	aquat. minor fol. subrotundo	fossis, & ad rivolos incurrentes Danubium	Circâ Baiam
II.	fol. oblongo.		
Anchusa Echii fol., & fl.	Item	apricis, & arenosis	
IV seu Pseudoanchusa Bod.	—— lutea major		colles post magnam Insulam Budæ
Androsace Matth.	Alsinæ affinis Androsace dicta major	locis humidis	
Androsoemum	—— alterum fol. Hyperici	solo arenoso	colles Strigoniensis.
Anemone alba major.	—— sylv. alb. major.	pratis	in Insulâ Lele inter Javarinum, & Commoromium.
Angelica sylv.	—— sylv. major.	nemoribus	
Anserina	Pontentilla	locis apricis, & humidis	
Anthylis vel Lagopodium			
Aparine aspera Thalio	—— vulg.	inter frutices	
major Plinii	Buglosum sylv. caulibus procumbentibus	circâ muros, & sepes	Viennam
Aracus	Vicia multiflora	campis, & pratis	
Aristolochia Clematitis	—— Clematitis erecta	Insulis	
Armoraria	Rapistrum II.	arvis, & vineis	
Arum I.	—— vulg. non maculatum	nemoribus	Viennam
Artemisia alba, rubra	—— vulg. major.	terminis camporum	
Diosc.	Tanacetum luteum vulg.	nemoribus	
tenuifolia odorata	Maricaria vulg. seu sativa	pratis uliginosis	Viennam
Arundo palust.	—— vulg.	paludibus, & stagnantibus aquis	
Asarum	Item	sylvis montanis	
Asclepias II.	—— alb. fl.	pratis	Posonium
Asparagus altilis	—— prior, sed in pratis nascens, ut ambo notant	pratis	in Ungariâ ubique
Aster atticus purpureo-coeruleus	— — coeruleus vulg.	montibus lapidosis	
fl. luteo	luteus hirsuto salicis folio X, ac XI.	pratis	
montanus luteus mas, & foemina		montibus	
Astragaloides Bod.	Orobus sylvat. Viciæ foliis	sylvis montanis	M. C.
Atriplex sylv. I.	— — fol. sinuato candicante		

Ex

Ex historiâ Taber. refor.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
II.	Est foliis angustioribus ut notat	Ad vias passim	
Auricula muris cœrulea.	Echium scorpioides arv.	In arvis	
B			
Baccharis	Conyza major vulg.	Desertis humidis, & lapidosis	
Bardana v. Lappa major			
Beccabunga v. Anagallis aquat. minor			
Bellis cœrulea	—— cœrulea caule folioso	locis aridis	Circâ M. C.
Minor sylv.	Item	pratis insularum	
Bellium majus	Bellis sylv. caule folioso major.		influxum Dravi
Berberis v. Oxyacantha Gal.			
Betonica	—— purpurea	pratis montanis	
Betula	Item	collibus lapidosis humidis	
Bistorta major	—— major radice minus intortâ	pratis nemorum	Posonium
minor	major radice magis intortâ		
Blattaria lutea, in descrip.	— — lutea sivè I.	ad vias passim in solo limoso	
fl. purp. in descrip.	purpurea	pratis arenosis, & humidis	inter Segedinum, & influxum Dravi
Blitum sylv. rubrum Gesneri	—— rubrum minus	solo duriori, & aprico	
Bonus Henricus	Lapathum unctuosum.	ad sepes circà pagos.	
Borrago fl. cœruleis in descrip.	Buglosum latifol. Borrago	locis apricis, & arenosis	Viennam, & Bajam
Botrys	—— ambrosioides vulg.	locis hu[illegible] & montium	M. C.
Branca ursina Germanica vel Sphondylium			
Bryonia	—— aspera sivè alba baccis rubris	fruticetis	
Bubonium luteum	After montan. luteus salicis glabro folio	montibus	
Buglosa I vulg.	Buglosum angustifol. majus.	locis apricis, & arenosis	
Buphthalmum II.	—— Tanaceti minoris fol.	Insulis, & nemoribus	
Bupleurum angustifol.	—— vulgatissimum	montibus apricis	M. C.
Bursa pastoria major	—— pastoris major fol. sinuato	ad vias	
minor	media		
fol. Perfoliatæ vel Thlaspi oleraceum.			

Ex historiâ Taber. reformatâ.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
C			
Cacubalus Plinii in Hist. Lugd.	Alsine scandens Baccifera	Ad frutices in montibus	Circà Viennam in nemore, in quô via Regia
Calamintha aquat.	Mentha rotundifol. sivè aquat. major	ad aquas	
arv. I.	— — verticillata	In arvis	
II.	—— Pulegii odore, sivè Nepetha	ad rivos excurrentes	
Caltha palust. in descrip. seu Populago	Caltha palust. fl. simplici	locis uliginosis	
Camomilla vel Chamæmælum			
Campanula angustifol. Sive Cervicaria Bononiensis parvo fl. cœruleo Chabræo, & J. B.	Rapunculus Persicifoliis magno flore	sub arboribus	
	Non notatur à C. B. in Pinace	nemorosis collibus	Viennam, & Wereschomarton.
Camphorata Monspeliaca	—— hirsuta	apricis collibus	post magnam Insulam Budensem
Cannabis	—— I	terminis camporum	
Cardamine I	Nasturtium prat. magno flore	pratis	
Cardiaca	Marrubium Cardiaca dictum	ad vias	
Carduus arv. Lanceolatus	—— in Avenâ proveniens Lanceolatus latifol.	agris, & solo aprico	
Cariophyllata	——	nemoribus	
Cariophyllus montanus I	——	pratis montium	
Carum	Cuminum prat. & Carvi officin.	arvis	
Castanea I	—— Sylv. quæ peculiariter Castanea	montanis nemoribus	pagum Setska post Budam
Catanance	Luteola herba Salicis fol.	arvis limosis	
Caucalis I	—— arv. echinata magno fl.	apricis, & aridis locis	
Centaurium minus	Item	—— & humidis montium locis	M. C.
Centumnodia vel Polygonum mas.			
Cerasia nigra racemosa	Cerasus racemosa sylv: fructu non eduli	Insulis, & montibus	Vicegradum.
Cerefolium sylv.	Chærophyllum sylv.	arboretis insularum	
Cerinthe minor	Item	pratis, & arvis	
Cervicaria major II.	Campanula vulgatior fol. ur-		

Ex

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
	ticæ, vel major, & asperior	In montibus humidioribus, & nemorosis	
minor	prat. fl. conglomerato		
Chamæbalanus	Lathyrus arv. repens tuberosus	ripis limosis	Circà influxum Dravi
Chamæcerasus	Cerasus pumila	lateribus montanarum viarum	M. C.
Chamædrys I	—— minor repens	planitiebus, & montibus ad frutices	
Chamæmælum	—— vulg.	campis, & agris	
Chelidonium majus I	— — vulg.	arboretis Insularum	
minus	Chelidonia major rotundifolia	vallibus humidis ad rivos	
Cheriopodium I.	Atriplex Sylv. latifol.	terminis arv. locis pinguioribus.	
Christophoriana	Aconitum racemosum	vallibus opacis	
Cicercula Sylv.	Lathyius latifol.	montibus lapidosis humidis ad vineas	M. C.
Cichoreum I	—— Sylv. sivè officin.	terminis camporum	
luteum	prat. luteum hirsutie asperum	humidiori, & limoso solo	
Cicuta	—— major	ad vias passim.	
Cicutaria fœtida	—— latifol. fœtida	arboretis	
palust.	—— tenuifol.	ad paludes	
Clematis coerulea Pannonica	Clematitis cœrulea erecta	humidioribus pratis	in Hungariâ passim
Daphnoides I.	—— Daphnoides minor	nemorosis montibus	
urens	sivè flammula repens	ad frutices	
Clinopodium I.	—— Origano simile	circà frutices ad vias passim	
Austriacum Clusii	montanum	apricis arenosis locis	Viennam
Colchicum masculinum	—— commune	pratis	
Colus Jovis Camerario	Horminum luteum glutinosum	locis uliginos	
Colutea scorpioides I.	—— Siliquosa, seu scorpioides		
	major	præruptis limosis	
II.	minor		
III.	coronata	nemoribus subinde in campis	
Consolida aurea	Virga aurea angustifol. serrata	nemoribus	
major vel Symphitum			
media I.	— — prat. cœrulea		
regalis arv.	Item	arvis	

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
paluſt.	Conyza paluſt. Serratifol.	In paludoſis locis	Circâ influxum Dravi
Convolvulus vel volubilis			
Conyza cœrulea	— — acris	humidis, & deſertis locis	
Cornus fœmina	Item	montibus, & Inſulis	
mas	—— hort., ſeu ſylv. mas		
Corylus Sylv. Trago	Item	nemoroſis collibus	
Cotula in deſcript., & Parthenium	Chamæmælum fœtidum	campis, & agris	
non fœtida in deſcript.	inodorum		
Cracca major	Vicia maxima dumetorum	arboretis	
minor	Segetum cum ſiliquis plurimis hirſutis	pratis, & agris	
Cruciata Dod.	—— hirſuta	fruticetis	
	Item glabra		
Crythmus IV.	Eryngium arv. fol. ſenæ ſimilibus	ad vias montium	
Cyanoides major ſivè IX.	Jacea Cyanoides echinato capite	ad margines arvorum	
Cyanus cœruleus arv.	—— ſegetum	arvis	
Cyclamen	—— orbiculato fol. infernè purpuraſcente	ſylvis montanis	
Cynogloſſum	—— vulg. majus	locis apricis nemorum	
Cynosbatum vel Roſa ſylv.			
Cynoſorchis major III.	—— latifol. hiante cucullo altera	pratis Inſularum	
morio II.	Orchis morio fœmina, *qui tamen tertiam Tabernæmontani nominat*		
Cytiſus adulterinus	Pſeudocytiſus fl. Leucoii luteo	collibus ſylveſtribus circà frutices	
I.	—— glaber nigricans		
II.	viridis		
XI	incanus fol. oblongo Auſtriacus		
D			
Daphnoides fl. purp.	Laureola fol. deciduo fl. purp.	montibus, & ſylvis humidis	M. C.
cum baccis, ſeù alterum genus in deſcript.	— — ſemper virens fl. viridi		
Daucus officin: vel Paſtinaca erratica			
Dens Leonis I.	— — latiore fol.	pratis	
altera	Aſphodeli bulbis		

Ex

Ex hiſtoriâ Taber. reformatâ.	Ex Caſp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
III.	Cichoreum prat: lut: lævius		
Dentaria I.	—— pentaphyllos	In ſylvis humidis, & opacis	Circà M. C.
Digitalis lutea	— — magno fl.	ſylvarum locis humidis	inter Budam, & Strigonium
Dipſacus I.	Sylv. aut. Virga paſtoris fol. laciniato	ad vias	
II			
Sylv. in deſcrip. ſeu Virga paſtoris icon.	Dipſacus ſylv. capitulo minore, vel Virga paſtoris minor.		
Doryenii ſpecies	Lotus pentaphylla incana	collibus, & montibus apricis	
An Drypis Theop.? in Tab.	Kali ſpinoſum cochleatum	ad vias Regales nemorum	Viennam
E			
Ebulus	Sambucus humilis, ſivè Eubulus	collibus humidioribus	
Echium hort. Geſneri	—— vulg.	ſolo arenoſo, & aprico	
pullo fl. Cluſii	ſylv. lanuginoſum	pratis humidioribus	Viennam
Elaphaboſcum erraticum	Paſtinaca ſylv. latifol.	pratis, & montibus	Viennam
Equiſetum I.	—— foliis nudum non ramoſum ſive junceum	circà paludes	
alterum in deſcrip., ſeù Hippuris arv. icon.	arv. longioribus ſetis	arvis	
arv. minus	non notatur à C. B.		
II.	—— paluſt. longioribus ſetis		
paluſtre majus	— — prat. longiſſimis ſetis	circà paludes	
Eruca paluſt: major	Sinapi Apy fol.		
minor	Eruca paluſt., & Naſturtii folio ſiliquâ oblongâ		
Sylv.	— — major lutea caule aſpero	Inſulis ad ripas	
Eryngium	—— vulg.	apricis locis	
cæruleum I, & II.	latifol. planum	pratis Inſularum inter frutices.	
Eryſimon I.	—— vulg.	ad vias	
II.	alterum ſiliquis Erucæ		
Eſula vel Tithymalus			
Eufraſia	Eufraſia officin:	pratis ſylvarum	
cærulea	Echium ſcorpioides paluſt.	circà paludes	
Evonymus I.	—— vulg. granis rubentibus	nemoribus	

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
Eupatorium	—— sivè Agrimonia	In locis siccioribus	
F			
Faba sylv.	—— fructu rotundo atro	locis minus arenosis.	
Fagus, quæ duplex, una Germanis candida, sivè Weiß Buchen *: altera rubra, seu* Rott Buchen *appellat, undè apud C. B.*	Fagus una candida, altera campest: nigra	sylvis montium	Circà M. C.
Filicula petræa III.	Filix saxatilis fol. non serratis	fossis sylvarum, petrosis, & opacis	M. C.
Filipendula	—— vulg. an Molon Plin. L. 26. C. 7.	pratis	
palust. II.	Oenanthe aquat: bulbis carens	circà paludes	
Filix mas	—— non ramosa dentata	umbrosis sylvarum locis	
fœmina	ramosa major pinnulis obtusis non dentatis		
saxatilis Tragi	saxatilis corniculata	petris, & opacis locis	Possonium
Flammula Jovis	—— recta	pratis inter fruticeta	
Fœniculum aquat III.	Millefolium aquaticum fol. Abrotani, Ranunculi fl. & capitulo	aquis stagnantibus post diluvia	Viennam
Fragum	Fragaria vulg.	nemoribus, & pratis	
Fraxinus	—— excelsior.		
G			
Galiopsis I.	Lamium maculatum	lateribus viarum profundarum ut plurimùm	
II. in descrip	purpureum fœtidum fol. subrotundo sivè Galeopsis Diosc. C. B.		
Gallium I.	—— luteum	pratis	
Genistella aculeata	Genista spinosa minor Germanica	collibus sylvarum humidis	
tinctoria	tinctoria Germanica		
Gentiana II. Clusii in Tab.	—— Asclepiadis fol.	montibus	M. C.
Gentianella	—— alpina verna major		
Geranium I. seù Robertianum	—— Robertianum I.	umbrosis Insularum locis	

Ex

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
II.	fol. malvæ rotundæ		
III. seu minus in descript.	Cicutæ fol. minus, & supinum	In arvis	
V. icon. & Myrrhinum	inodorum		
VII. seu Hæmathodes Clusii.	sanguineum maximo fl.	pratis montanis	Circà M. C.
Glycyrrhiza sylv. Gesneri siliquosa, seu communis	— — fl. luteo palescente siliquosa, seu Germanica	nemoribus ad vias.	
Gnaphalium montanum purp.	— — fl. rotundiore	montibus apricis	
Gramen Alopecurinum I.	—— Typhoides molle	locis humidioribus	
avenaceum	avenaceum montanum lanuginosum	pratis	
caninum I	— — arv. seu I.		
cyperinum majus	Cyperoides paninculâ sparsâ	paludibus	
fluviatile	aquat: fluctuans multiplici spicâ	aquis	
harundinaceum	palust: panniculatum altissimum		
junceum II.	junceum Polystachion		
pinnatum Dalech. in hist. Lugdun.	sparteum pennatum	campis siccioribus	Commoromium
sylvaticum	avenaceum montanum spicatum	sylvis	
Typhinum III.	Typhoides spicâ multiplici	locis humidioribus	
Gratiola	—— Centauroides		Baiarr.
H			
Hedera helix	—— major sterilis	arboretis	
terrestris major	Utraque Hedera terrestris vulgaris	lateribus viarum quandoque in pratis	Strigonium, & Commoromium, ultima reperitur in Insulis
Hedisarum purp.	Securidaca dumetorum major fl. vario, siliquis articulatis	lateribus viarum montanarum	
Helenium	—— vulg.	humidis Insularum locis	
Helianthemum Germanicum			

Ex historiâ Taber. reformatâ.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
sivè II.	Chamæcistus vulg. fl. luteo	In aridis montibus	
Helleborine I.	—— latifolia montana	montanis sylvis humidioribus	Circà Viennam, & Budam
Helleborus vel Verratrum			
Hepatica aurea cœrulea	Trifolium hepaticum fl. simplici	sylvis montanis	
Hepatica stellata	Asperula sivè Rubeola montana odora		
Heracantha	Ciricus sylv. spinosior.	solo limoso ad vias	
Herba Doria vel Panax Chironium			
Theoph.			
Jacobæa	Jacobæa vulg. laciniata	pratis, sylvis, & Insulis	
Paris vel Aconitum salutiferum			
Sanctæ Kunigundis	Eupatorium canabinum	locis humidis	influxum Dravi
Sancti Stephani	Solanifolia Circæa dicta major	nemoribus circa frutices	Viennam
Sophia latifol.	Nasturtium sylv. fol. latiosè tenuissimè divisum	ad vias	
angustifol.	tenuissimè divisum		
Herniaria	Polygonon minus, seu Millegrana major	locis humidis	
Hieraceum VI.	—— Dentis Leonis folio monoclonon glabrum	locis minus arenosis	
montanum angustifol. & foliis cichoraceis	montan. Dentis Leonis folio incano, vel laciniatum lanuginoso folio		
montanum latifol. I. minus	latifol. glabrum majus minus	montibus	
Hippolopathum sylv.	Lapathum hort. latifol.	campis, & ad vias	
Horminum vel Sclarea			
Hyacinthus cœruleus VI.	—— racemosus cœruleus minor tenuifol.	collibus apricis	
Hydrolapathum vel Sublapathis			
Hyosciamus I.	—— vulg. niger	ad vias	
Hypericum	Hypericon. vulg.	terminis agrorum	

Ex

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
I			
Jacea	—— nigra prat. latifol.	In pratis montanis	Circà Wereschmarton
H. & alba in descript.	Stœbe caliculis argenteis minor	terminis agrorum	
Jacobæa vel Herba Jacobæa			
Iberis I.	Tlapsi fruticosum incanum	locis apricis montium	
Iris sylv.	—— vulg. Germanica	pratis	
minor	latifol., & Chamæiris variegata		
Iris Pannonica IV. Clusii in Tab.	latifol. Pannonica colore multiplici	campis	Budam vulgariter
palust. lutea	Acorus adulterinus	paludibus	
Juncus palust. major	—— maximus sivè scirpus major		
IV sivè lævis	acumine reflexo major		
Cyperinus floridus	floridus major		
Juniperus baccifera	—— vulg. fruticosa	locis aridis montium, & sylvarum	
K			
Kali vel Drypis Teoph.			
L			
Labrum Veneris vel Dipsacus			
Labrusca Tragi	Vitis sylvarum Labrusca	nemoribus	
Lactuca agnina	Valleriana campest: inodora major	pratis	
Sylv. Dod.	—— sylv. costâ spinosâ	pratis humidioribus plerumque ad rivos incurrentes Danubium	
Lagopus	Trifolium arv. humile spicatum, sivè Lagopus	pratis humidioribus Insularum	Viennam
Lagopodium fl. luteo	Loto affinis Vulneraria pratis fl. subrubente	locis apricis	
fl. purpurascente Clusii		campis, collibus, subindè nemoribus	
Lampsana Dod. vel Sonchus sylv. I.			
fl. melino	Rapistrum fl. luteo	nemoribus	
Lappa major	—— Arcium Dosc. C. B.	ad vias	
minor	minor Xanthium Dosc. C. B.		

Ex historiâ Taber. reformatâ.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
Lapathum acutum sivè Oxylapath.	—— fl. acuto plano	In pratis, & ad vias	
palust.	aquaticum fol. cubitali	circà paludes	
minimum	item		
Hydro Lapathum	Lapathum aquaticum minus	aquis stagnantibus	
Lathyris leguminosa angustifol.	Lathyrus sativus fl. fructuque, albo	vineis, & pratis	
Laureola vel Daphnoides			
Lenticula palust.	— — vulg.	paludibus	
Leucoium bulbosum II.	— — trifolium majus	arboretis Insularum, & nemorum	
multiflorum	majus sivè multiflorum	locis palustribus	
Libanotis Teoph. nigra in Tab.	Daucus montanus Apyfolio major	montibus lapidosis	Circà M. C.
Ligustrum	—— Germanicum	nemoribus	
Lilium conuallium	— — album		
saracenicum fœmina	floribus reflexis alterum lanugine hirsutum	sylvis humidis	Budam
Linaria vel Osyris			
Linum sylv. II.	—— angustis, & densioribus foliis fl. minore	pratis aridioribus	
Pannonicum	latifol. luteum	planitiebus Ungariæ	influxum Dravi
I latifol. Clusii in hist.	latifol. hirsutum cœruleum		
Liquiritia vel Glyzyrrhiza			
Lithospermum arv.	—— majus erectum	camporum planitiebus	
repens majus Clusii	minus repens latifol. *Idem variat flore albo, quod communiter non notatur etiam apud novissimos scriptores.*	nemoribus	
Lotus syl. fl. luteo, & albo, vel Melilotus vera	Melilotus officin: Germaniæ	pratis	
quadrifolia	Trifolium hort. album		
Lupulus	—— mas	nemoribus	
Luteola vel Catanance			
Lychnis arv.	—— segetum major	arvis, & nemoribus	
IX. sylv. icon, & herba articularis in descrip.	— — sylv. quæ Behen alb. vulgò		
sylv. purp.	viscosa rubra angustifolia	pratis	

Ex

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
Lysimachia lutea	— — major. *Variat foliis nunc binis, nunc ternis, nunc quaternis*	In locis humidis apricis, & montibus	
Lysimachia minor, & III. IV. & siliquosa I. V. & siliquosa II. purp.	—— siliquosa glabra minor hirsuta magno fl. parvo fl. spicata purpur. fortè Plinii C. B. *Variat foliis nunc binis, nunc ternis, rariùs quaternis, ut notat*	circà rivos incurrentes locis humidis vulgatim	
M			
Malva arborea I.	—— rosea fol. rotundo	montibus, & planitiebus siccioribus	Circà Budam
sylv. major	— — fol. sinuato	terminis arvorum, & ad sepes	
minor	fol. rotundo		
Malus cydonia sylv.	Mala cotonea minora sylv. *quæ, & alba, & rubra majora, & minora*	terminis vinearum nemoribus	
Marrubiastrum	Marrubium nigrum fœtidum, & Ballote Dioſc. C. B.	ad vias passim.	
Marrubium alb. Creticum	— — vulg. album angustifol. peregrinum	limosis, & humidis locis collibus, & campis aridis	Budam, & Viennam
Matricaria vel Artemisia tenuifol. odorata			
Matrisylva vel Hepatica stellata			
Medica legitima Clusio	Trifolium siliquâ cornutâ, sivè medica	terminis, & fossis circà agros	
Melampyrum	—— purpurascente comâ. *Variat tamen his locis colore florum ut notat*	pratis	
Melanthium sylv.	Nigella arv. cornuta	arvis	
Melisophyllon Fuchsii	Lamium montanum Melissæ folio	montibus humidioribus nemorosis.	

Ex historiâ Taber. reformatâ.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
Mentha acuta	—— angustifol. spicata	In locis humidioribus	
altera sativa Dod.	rotundifol. crispa spicata		
felina I.	cataria vulg. major	circà paludes	
rubra vel Calamintha II.			
Mercurialis mas	—— testiculata, sivè mas. Diosc. C. B.	vineis, & agris	
fœmina	spicata, sivè fœmina Diosc. & Plinii C. B.		
Millefolium terrestre minus	—— vulg. alb.	pratis	
terrestre minimum & incanum Pannonicum umbellâ candidâ. *Non videtur Authoribus notatum. Differt à vulgari colore albo totâ magnitudine plantæ, quæ longè minor est, & foliis admodum parvis, angustissimis, incanis, & potiùs serratis quam laciniatis*		pratis humidis, & arenosis	Circà Budam
Mollugo I.	—— montana angustifol. vel Gallium album latifol.	montanis sylvis	
Mollugo montana	latifol. ramosa		
Morus	—— fructu nigro		
Muscus I.	—— denticulatus minor		
corallinus, sivè corallina			
montana	—— Coralloides sivè cornutus montanus	petris	
corniculatus	Filix saxatilis corniculata	arboribus, & petris	
montanus	denticulato similis	Fagis, & Quercubus	
N			
Nasturtium aquat. vel sisymbricum			
Nepetha vel Calamintha II.			
Nigella vel Melanthium			
Noli me tangere	Balsamina lutea, sive noli me tangere	fossis nemorum	Viennam in Insula Bratter
Nux juglans	item sivè regia vulg.	nemoribus	
Nymphæa alb. major	item	paludibus	
lutea	— — major		

Ex

Ex historiâ Taber. reformat.	Ex Casp. Bauh. Pinace.	Locus Generalis.	Locus Specialis.
minor	minor parvo fl.		
O			
Ocymastrum	Lychnis sylv. alb. simplex	In lateribus viarum profundarum	
Odontites II. fl. luteo	Euphrasia prat. lutea	planitiebus humidis montium	Circà M. C.
Onobrychis I. Clusii in Tab.	—— spicata fl. purpureo. *Hæc variat in his locis, nempè est etiam fl. albo; quod nec à Bauhinis fratribus notatur neque à novissimis inter recentiores Phitologis.*	planitiebus arenosis	
II. Clusii in Tab.	—— fl. viciæ dilutè cœruleis	marginibus camporum	
III. Tab.	spicata floribus pallidis nigris radiis notatis	ibidem	Budam
ultima	fol. viciæ fructu echinato		
	major		
Ononis	Anonis spinosa fl. purpureo		
fl. albo	fl. albo ibidem	campis	
Onopordon I. & II.	Spina tomentosa altera spinosa	ad vias	
Ephioglossum	—— vulgatum	nemoribus	Viennam in Insulâ Bratter
Oriosélinum I.	Apium montanum fol. ampliore	montibus	M. C.
Origanum vulg.	—— sylv. Cunila bubula Plinii C. B.	campis, & marginibus viarum	
Ornithogalum in descript. & Bulbus solsequius icon.	—— umbellatum angustifol. medium	fruticetis	Viennam
II. Pannonicum	spicatum fl. viridi lactescente	pratis	Budam
I. majus, & III. luteum in iconibus; idem sunt	luteum	fruticetis nemorum	Viennam
Orobanche I.	—— major Garyophyllum olens. *Variat color plantæ, & floris alicubi in fusco luteus*	pratis circà montes, & colles	
Orobus Venetus Clusii hist.	—— latifol. parvo. fl. purpureo	sylvis montanis	M. C.

♂ 28.	8. 2.	11. 1.	12. mer.	2. $2\frac{3}{8}$.	2. $4\frac{5}{8}$.	Pluvia toto Coelo. Ventus idem valdè ſenſibiliter flat. Tempeſtas frigida.
☿ 29.	8. 7.	11. 3.	12. mer.	2. 2.	2. $4\frac{2}{8}$.	Nubes pluvioſæ cum ſplendore Solis. Ventus idem eâdem vehementiâ continuat.
♃ 30.	8. 0.	11. 0.	6. pom.	2. 3.	2. $5\frac{2}{8}$.	Nubes pluvioſæ cum Sole. Ventus idem leniter ſpirat.
♀ 31.	8. 7. 7. 12.	11. 2. 10. 13.	$0\frac{1}{2}$. pom. 8. pom.	2. $3\frac{3}{8}$. 2. $3\frac{5}{8}$.	2. $5\frac{7}{8}$. 2. 6.	Solis ſplendor jucundus cum Nubibus. Ventus aliquantò Borealior validè flat. Nubes & Coelum purum. Ventus idem pacatior.
Junii 1. ♄	7. 14.	10. 12.	6. antem.	2. 4.	2. $6\frac{3}{8}$.	Sol & Nubes. Ventus inter Occaſ. & Mer. valdè ſenſibilis.
☉ 2.	9. 0.	11. 0.	12. mer.	2. 3.	2. $5\frac{2}{8}$.	Sol & Nubes. Ventus inter Occaſ. & Bor. flat mediocriter.
☾ 3.	8. 4.	10. 12.	8. antem.	2. $3\frac{1}{2}$.	2. $5\frac{6}{8}$.	Coelum præter exiguas nubeculas, purum. Ventus idem valdè ſenſibiliter flat.
♂ 4.	8. 4.	11. 1.	$0\frac{1}{2}$. pom.	2. $3\frac{5}{8}$.	2. $5\frac{6}{8}$.	Sol eâdem puritate ſplendet. Ventus inter Occident. & Mer. validus.
☿ 5.	8. 11. 8. 0.	11. 3. 11. 2.	12. mer. $7\frac{1}{2}$. pom.	2. $3\frac{2}{8}$. 2. 3.	2. $5\frac{5}{8}$. 2. $5\frac{3}{8}$.	Coelum puriſſimum. Ventus inter Mer. & Orient. flat ſenſibiliter. Coelum puriſſimum. Ventus aliquantò Orientalior flat validè.
♃ 6.	8. 4. 8. 1.	11. 6. 11. 5.	$\frac{3}{4}$. pom. $8\frac{1}{2}$. pom.	2. $2\frac{3}{8}$. 2. 2.	2. 4. 2. $3\frac{5}{8}$.	Coelum puriſſimum. Ventus idem impetuoſiſſimè furit. Eadem planè tempeſtas.
♀ 7.	8. 2.	11. 2.	12. mer.	2. $2\frac{5}{8}$.	2. $4\frac{7}{8}$.	Nubes totum Coelum occupant, decidente interdùm pluvia. Ventus ab Occaſu flat cum magno impetu.
♄ 8.	8. 14. 8. 1.	11. 8. 11. 4.	12. mer. 8. pom.	2. $2\frac{2}{8}$. 2. $1\frac{6}{8}$.	2. 4. 2. $3\frac{5}{8}$.	Coelum pulchrum. Nubes exiguæ. Ventus ab Oriente flare ſentitur. Tempeſtas eadem prorſùs.
☉ 9.	8. 3.	11. 4.	3. pom.	2. $1\frac{6}{8}$.	2. $3\frac{5}{8}$.	Sol debiles per nubes radios emittit, poſt pluviam largiſſimam.
☾ 10.	8. 4.	11. 5.	2. pom.	2. $2\frac{7}{8}$.	2. $4\frac{7}{8}$.	Coelum ferè omne nubibus contectum. Ventus inter Occidentem & Septentrion. ſpirat.
☿ 12.			12. mer.	2. $2\frac{2}{8}$.	2. $4\frac{1}{8}$.	Coelum ſerenum. Ventus ab Oriente flat validè.
♃ 13.	8. 14.	11. 8.	12. mer.	1. $7\frac{6}{8}$.	2. $1\frac{2}{8}$.	Nubes & Solis ſplendor calidus. Ventus ab Oriente ſentitur.

Menſis & Dies.	Gradus Thermometri.		Horæ.	Gradus Barometri.		Qualitas Aëris.
	Meridion.	Septentr.		Meridion.	Septentr.	
Junii ♀ 14.	8. 3.	11. 2.	11. antem.	2. $1\frac{1}{8}$.	2. $3\frac{2}{8}$.	Totâ nocte præteritâ pluvia continua. Jam verò Nubes adhuc pluvioſæ toto Coelo circumvolitant, vento agitatæ validiſſimo ab Occidente.
♄ 15.	8. 9.	11. 5.	12. mer.	2. $3\frac{4}{8}$.	2. $5\frac{4}{8}$.	Nubes & Solis ſplendor. Ventus idem flat validè.
☉ 16.	8. 4.	11. 7.	6. pom.	2. $3\frac{6}{8}$.	2. $5\frac{6}{8}$.	Calidus & vix minimis nubeculis impeditus Solis ſplendor. Ventus idem ſpirat.
☾ 17.	9. 4.	11. 9.	12. mer.	2. 3.	2. $4\frac{1}{2}$.	Solis ſplendor puriſſimus & calidiſſimus. Ventus ab Oriente ſpirat.
♂ 18.	8. 15.	11. 11.	12. mer.	2. 2.	2. $3\frac{2}{8}$.	Qualitas Aëris prorſùs eadem.
☿ 19.	8. 4.	11. 6.	12. mer.	2. 2.	2. 4.	Nubibus totum Coelum contectum. Ventus flat mediocriter ab Occidente.
♃ 20.	8. 14.	11. 12.	12. mer.	2. $2\frac{3}{8}$.	2. $3\frac{5}{8}$.	Splendor Solis pulcherr. & calidiſſ. Ventus ab Occidente vix ſenſibilis.
♀ 21.	8. 10.	11. 11.	12. mer.	2. $1\frac{6}{8}$.	2. $3\frac{2}{8}$.	Sol per nubium telas ſplendet. Ventus ab Oriente flat validè.
♄ 22.	8. 0.	11. 5.	1. pom.	2. $0\frac{6}{8}$.	2. $2\frac{1}{8}$.	Nubila pluvioſa; cum præcedente nocte continuò ferè plueret. Ventus inter Orient. & Mer. flat validè.
	7. 13.	11. 3.	8. pom.	2. $0\frac{1}{2}$.	2. 2.	Imber cum fulgure ac tonitru magno. Ventus idem vix ſenſibilis.
☉ 23.	8. 3.	11. 5.	12. mer.	2. $0\frac{3}{8}$.	2. 2.	Aër adhuc pluvioſus. Ventus vix ſenſibilis.
☾ 24.	8. 12.	11. 5.	12. mer.	2. $0\frac{1}{8}$.	2. 2.	Sol & Nubes promiſcuè. Ventus ab Occidente flare ſentitur.
♂ 25.	8. 5.	11. 3.	12. mer.	1. $7\frac{7}{8}$.	2. $1\frac{1}{2}$.	Sol & Nubes. Ventus inter Orient. & Mer. flat validè.
☿ 26.	8. 4.	11. 4.	1. pom.	2. $0\frac{7}{8}$.	2. 3.	Antè merid. Sol plurimus; ſed nunc Nubes totum Coelum occupantes pluviam minari videntur. Ventus ab Occidente flat validiſſimè.
♃ 27.	8. 9.	11. 7.	1. pom.	2. $2\frac{3}{8}$.	2. $4\frac{2}{8}$.	Sol & Nubes. Ventus idem hactenùs eâdem flabat vehementiâ; nunc verò non ampliùs.
♄ 29.	8. 1.	11. 3.	1. pom.	2. $2\frac{7}{8}$.	2. $5\frac{1}{8}$.	Nubes toto Coelo. Ventus inter Occident. & Sept. flat validiſſimè.
☉ 30.	8. 3.	11. 5.	2. pom.	2. $1\frac{1}{2}$.	2. $3\frac{3}{8}$.	Splendor Solis pulcherrimus, cum nubibus. Ventus ab Oriente flat valdè ſenſibiliter.
Julii 1. ☾	8. 8.	11. 8.	1. pom.	2. $1\frac{3}{8}$.	2. $3\frac{2}{8}$.	Nubes toto Coelo, Solem tamen interdùm tranſmittentes. Ventus inter Septentr. & Orient. flat validè.
♂ 2.	8. 8.	11. 8.	2. pom.	2. 2.	2. 4.	Sol & Nubes. Ventus ab Occidente flat validè.
☿ 3.	8. 8.	11. 8.	2. pom.	2. $1\frac{7}{8}$.	2. 3.	Sol & Nubes. Ventus à ſeptentr. flare ſentitur.
♃ 4.	9. 9.	11. 12.	12. mer.	2. $1\frac{4}{8}$.	2. $2\frac{6}{8}$.	Sol plurimus, iſque calidiſſimus. Ventorum altum ſilentium.
♀ 5.	8. 5.	11. 9.	12. mer.	2. $1\frac{1}{8}$.	2. 3.	Sol & Nubes. Ventus inter Mer. & Occident.
♂ 9.	8. 9.	11. 15.	12. mer.	2. 2.	2. $3\frac{2}{8}$.	Solis ſplendor calidiſſimus, & Nubes. Ventus inter Occident. & Sept. flare ſentitur.
☿ 10.	8. 11.	11. 14.	$1\frac{1}{2}$. pom.	2. $2\frac{2}{8}$.	2. $3\frac{6}{8}$.	Sol per impuritates ſplendet. Ventus ab Occidente ſpirat.
♃ 11.	8. 9.	11. 12.	$1\frac{1}{2}$. pom.	2. $2\frac{2}{8}$.	2. $3\frac{5}{8}$.	Sol & Nubes. Ventus à Septentr. vix ſentitur.
♀ 12.	8. 4.	11. 12.	7. pom.	2. $1\frac{6}{8}$.	2. $3\frac{2}{8}$.	Sol & Nubes. Ventus ab Oriente vix ſpirare ſentitur.
♄ 13.	8. 6.	11. 12.	2. pom.	2. $1\frac{7}{8}$.	2. $3\frac{3}{8}$.	Pluvia continua ferè toto die. Ventus ab Occident. vix ſpirare ſentitur.
☉ 14.	8. 12.	11. 13.	2. pom.	2. $2\frac{1}{8}$.	2. $3\frac{7}{8}$.	Sol & Nubes. Ventus ab Occident. flat ſenſibiliter.
☾ 15.	8. 15.	11. 14.	3. pom.	2. 2.	2. $3\frac{5}{8}$.	Sol calidiſſimus cum Nubibus. Ventus prorſùs ſilere videtur. Veſperi pluvia magna cum tonitru inſequitur.

Men-

Menſis & Dies.	Gradus Thermometri.		Horæ.	Gradus Barometri.		Qualitas Aëris.
	Meridion.	Septentr.		Meridion.	Septentr.	
Junii 16. ♂	8. 9.	11. 9.	1. pom.	2. 2⅜.	2. 4.	Cœlum nubibus opertum; & tempeſtas ab heſternâ pluviâ frigida. Ventus ſpirat ab Occidente.
☿ 17.	8. 0.	11. 4.	7½. pom.	2. 2⅛.	2. 4½.	Cœlum Nubibus obſcuratum, & pluvia pauca. Ventus flat ab Occidente.
♃ 18.	8. 4.	11. 8.	12. mer.	2. 2½.	2. 4⅛.	Sol & Nubes. Tempeſtas jucunda & ſicca. Ventus vix ab Occid. ſentitur.
♀ 19.	8. 4.	11. 10.	2. pom.	2. 1.	2. 2⅝.	Sol puriſſimus. Ventus ab Oriente flat validè. Veſperi pluvia.
♄ 20.	8. 10.	11. 7.	12. mer.	2. 1⅜.	2. 3⅜.	Sol cum nubibus pluvioſis. Ventus inter Occid. & Merid. flat mediocriter. Pluvia interdùm decidit.
☉ 21.	8. 9.	11. 7.	12. mer.	2. 2.	2. 4.	Solis ſplendor parcus inter nubila. Ventus flat ab Occidente. Pluvia interdùm.
☾ 22.	8. 6.	11. 6.	12. mer.	2. 2⅜.	2. 4½.	Tempeſtas prorſùs eadem.
♂ 23.	8. 6.	11. 6.	12. mer.	2. 3.	2. 5⅜.	Tempeſtas eadem, pluviâ per intervalla redeunte.
☿ 24.	8. 9.	11. 6.	12. mer.	2. 3.	2. 5[illegible].	Tem[illegible]s planè eadem.
♃ 25.	8. 10.	11. 10.	1½. pom.	2. 2⅜.	2. 4.	Cœlum pulcherrimum. Ventus à Septentr. flat validè.
♀ 26.	8. 3.	11. 7.	1. pom.	2. 2.	2. 4.	Nubiloſa omnia. Ventus idem flat mediocriter.
☾ 29.	8. 2.	11. 1.	1. pom.	2. 2⅜.	2. 4⅚.	Hactenùs pluvioſa tempeſtas; & nubibus pluvioſis etiamnum. Cœlum ferè omne contectum. Ventus ab Occidente flat.
♂ 30.	8. 0.	11. 1.	1. pom.	2. 2⅝.	2. 5.	Tempeſtas pluvioſa & frigida; nihilominùs tamen tonitrua audiuntur circà hoc tempus merid. Ventus idem.
☿ 31.	8. 6.	11. 4.	1. pom.	2. 2⅜.	2. 4⅜.	Nubes totum Cœlum occupantes vix interdùm radiis ſolar. tranſitum permittunt. Ventus inter Occidente & Septentr. validè flat.
♃ 1. Auguſti.	8. 8.	11. 5.	1. pom.	2. 2⅝.	2. 4⅝.	Solis ſplendor. Ventus ab Oriente vix ſentitur.
♀ 2.	8. 9.	11. 5.	1. pom.	2. 2.	2. 3⅚.	Tempeſtas jucundiſſima & calida. Ventus idem.
♄ 3.	8. 9.	11. 4.	1. pom.	2. 1⅜.	2. 3.	Tempeſtas, quam nubes à Calore ſolis jucundè temperant. Ventus idem, cùm paulò antè Occidentalis furioſiſſimè ſæviret.
☉ 4.	8. 1.	11. 4.	1½. pom.	2. 2.	2. 4.	Nubes totum Cœlum occupant, pluvia interdùm parcè delabente. Ventus ab Occident. flat mediocriter.
☾ 5.	8. 2.	11. 4.	2. pom.	2. 2⅛.	2. 4⅜.	Nubes cum parco ſolis ſplendore, toto die. Ventus idem.
♂ 6.	8. 2.	11. 4.	2. pom.	2. 2⅜.	2. 4½.	Tempeſtas prorſùs eadem.
☿ 7.	8. 4.	11. 6.	2. pom.	2. 1⅜.	2. 2⅞.	Huc uſque ſolis ſplendor frequentior, quem verò nunc Nubes toto Cœlo pendentes obvelant. Ventus inter Orient. & Merid. leniter hactenùs ſpirans, nunc impetuoſiùs flat.
♃ 8.	8. 8.	11. 12.	4. pom.	2. 0⅚.	2. 1⅝.	Solis ſplendor calidiſſimus. Ventus ab Oriente flat mediocriter.
♀ 9.	8. 1.	11. 5.	3. pom.	2. 2.	2. 4.	Tempeſtas pluvioſa toto die. Ventus ab Occidente flat validè.
♂ 27.	8. 8.	11. 12.	2. pom.	2. 2.	2. 2⅞.	Cœlum pulcherrimum. Ventus flat ab Oriente.
☿ 28.	8. 10. 8. 0.	11. 14. 11. 3.	2. pom. 5. pom.	2. 1. 2. 2⅜.	2. 1. 2. 4⅜.	Solis ſplendor calidiſſimus. Ventus ſilet; ſed poſt dimidiæ circiter horæ ſpatium, procella impetuoſiſſimè ab intermediâ inter Auſtrum & Occident. plagâ furit, craſſa nubila advehit, &, quamvis paulatim deficiens ad ſequentis uſque diei obſervationem durat.
♃ 29.			2. pom.	2. 4.	2. 6.	Solis ſplendor & Ventus idem, ſed deficiens.
♂ 30.	8. 8.	11. 4.	6. antem. 11½. a. m.	2. 5⅚. 2. 4½.	3. 0. 2. 6⅚.	Tempeſtas jucundo ſolis ſplendore, & Venti lenitate pulcherrima; venti quidem ejuſdem. Ventus ſpirat ab Oriente.

ADNOTATIONES

circa obſervata in Barometris a Menſe Decembris 1696. *vel Januarii* 1697. *ad Menſem uſque Auguſti* 1697. *inclusive.*

OBſervo 1°. quòd in Barometris uno Meridionali, Boreali altero, habitâ eâdem horâ (ſivè antè meridiem ſivè poſt) in utroque obſervatione, ſemper gradus, ad quos Mercurius pervenit in Barometro Meridionali, ſunt plures duplo, vel triplo quàm in Boreali, & id quidem ſecundùm obſervationes hyberno tempore factas, & magna totius Veris parte, nempè à Menſe Decembris uſque ad diem 8. Maii. At è contrario in obſervationibus circà finem Veris, & Æſtatis progreſſum, hoc eſt à die 21. Maii uſque ad diem 30. Auguſti 1697. mutatus eſt ordo, & ſemper in Barometro Septentrionali ad plures gradus perveniebat Mercurius quàm in Barometro Meridionali, licet hoc tempore longè minor eſſet exceſſus Septentrionalis ſuprà Meridionalem, quàm anteà foret exceſſus Meridionalis ſuprà Septentrionale. Hoc totum clarè obſtendunt Obſervata in Tabulis exhibita.

2°. Obſervo quòd gradus, ad quos pervenit Mercurius, factis in eodem Meridionali Barometro Obſervationibus, tam horis antè meridiem, quàm poſt Meridiem, licet certâ nullâ procedant regulâ, ſed modò attingat plures gradus antè meridiem, modò plures poſt Meridiem, nihilominùs inter ſe collatis ſingulis vicibus, quibus hæc inæqualitas accidit, ſatis patet multò ſæpiùs horis antemeridianis plures gradus attingere, quàm horis pomeridianis.

Quid ſimile etiam obſervare eſt in eodem Barometro Septentrionali habitis ſimiliter obſervationibus tam horis antè meridiem, quàm poſt meridiem.

Cæterùm non omittendum, quandò uno die in meridionali Barometro plures aſſurgunt gradus, ſeu particulæ antè meridiem, reſpectivè ad poſt meridiem, vel econtrà plures poſt meridiem reſpectivè ad antè meridiem, non ſic quoque attolli eodem die in Barometro Septentrionali; nam licet ut plurimum ſimilem ordinem ſervent, nihilominus identidem contrarium evenit, quemadmodùm patet ex Tabulis, ita ut ſcilicet dum in Barometro Meridionali graduum particulæ creſcunt antè Meridiem, & decreſcunt poſt meridiem, in Barometro Boreali illo eodem die particulæ decreſcant antè meridiem, & poſt Meridiem creſcant.

Imò ut id inſuper addam in Barometro Meridionali, gradus uno die obſervati antè meridiem quantum excedunt eodem pariter die obſervatos, ſed poſt meridiem,

diem, tantundem etiam (vel ferè) in Barometro Septentrionali gradus illo die obſervati antè meridiem ſuperant illos obſervatos rurſus poſt meridiem, quamvis id perpetuò non eveniat, ſed ſæpè admodùm. Hujus itaque exemplum ad majorem claritatem ſit.

8ª. die Januarii 1697. antè meridiem digiti, ſeu ſi placet gradus, quorum ſubdiviſiones factæ intelliguntur in octonas partes, uti notatur in Tabulâ ſub die 26. Decembris, digiti, inquam, ſeu gradus.

In Barometro Meridionali		*In Septentrionali*	
Antè meridiem	nº. 4.	Eodem die	nº. 1. $3\frac{7}{8}$
Poſt meridiem	nº. 3. $7\frac{1}{2}$		nº. 1. $3\frac{5}{8}$.
Undè differentia erat	nº. $\frac{1}{2}$		nº. $\frac{4}{8}$ h. e. $\frac{1}{2}$

Similiter nonâ die Januarii.

Antè meridiem	nº. 3. $6\frac{7}{8}$	Eodem die	nº. 1. 3.
Poſt meridiem	nº. 3. $6\frac{5}{8}$		nº. 1. $2\frac{3}{4}$
Undè differentia erat	nº. $\frac{2}{8}$		$\frac{1}{4}$ h. e. $\frac{2}{8}$

Rurſùs 2ª. die Febr:

Antè meridiem	nº. 3. $5\frac{1}{8}$	Eodem die	nº. 1. $1\frac{7}{8}$
Poſt meridiem	nº. 3. $4\frac{5}{8}$		nº. 1. $1\frac{1}{8}$
Undè differentia erat	$\frac{6}{8}$		$\frac{6}{8}$

Et ſic quoque evenit in aliis non paucis.

ADNOTATIONES

Altitudinis Barometri, dum Nix cadit, Sol ſplendet aut Cælum eſt nubilum

OBſervo 1º. Barometrum ſingulis diebus, licet inter ſe aëris conditione ſimilibus, hoc eſt in quibus ſingulis Sol ſplendet, aut in quibus Cœlum eſt nubilum, vel ningit &c. Barometrum, in quam, illis diebus inter ſe ſimilibus adhuc ſimilem, altitudinem graduum non ſervare; nam e. g. tam die 19, quàm 22. Dec: 1696. Cœlum erat ſerenum, & Solis ſplendor, & tamen

Altitudo Barometri die 19. erat nº. $5\frac{2}{8}$
Et die 22. erat nº. $5\frac{7}{8}$.
Similiter tam die 20. & 21. quàm die 24. Decemb: Cœlum erat nubilum, & ningebat, & tamen altitudo Barometri

die

die 20. erat n°. 5 $\frac{4}{8}$
die 21. erat n°. 5 $\frac{5}{8}$
die autem 24. erat n°. 5 $\frac{13}{8}$

Obſervo 2°. quòd Cœlo ſereno ſeu ſplendente Sole Altitudo Barometri non nubilis diebus eſt major, quàm nubilo cælo, & cadente nive, ut patet ex tabulâ comparando diem 22. Decemb. 1696. diebus 20, & 21. pariter Decembris, at verò aliis diebus è contra ſe habet, nempè eſt minor altitudo ſereno cælo, & ſplendente Sole, quàm nubilo, & nive cadente, ut patet ex eâdem Tabulâ, comparando diem 19. Decemb: prædictis diebus 20. & 21. pariter Decembris 1696.

Similiter comparando diem 31. Decembris 1696. in quâ totâ die Solis ſplendor puriſſimus, ſumma altitudo Barometri nempè n° 4. 0. $\frac{1}{3}$ fuit major, quàm ſumma altitudo dierum 4. & 5. Januarii 1697. in quâ continuæ nubes totâ die ſinè ullo Solis ſplendore.

At verò comparando diem 12. Januarii 1697. in quâ continuæ nubes, cum prædictâ die 31. Decembris, in quâ Sol puriſſimus, contrarium obſervatum eſt, nempè quòd

Summa altitudo Barometri exiſtente Sole puriſſimo fuit minor n°. 4. 0 $\frac{1}{3}$
quàm ſumma altitudo Diei 12. Jan. in quâ Cœlum continuò nubilum n°. 4. 1 $\frac{3}{4}$

Alia his ſimilia exempla in Tabulâ facilè animadverti poſſunt.

Obſervo 3°. quòd frigus intenſiſſimum aëris, & remiſſum ejuſdem aëris non trahunt neceſſariò ſecum diverſam altitudinem in Barometro, ut patet, comparando diem 31. Decembris 1696., vel 3. Januarii 1697. in quibus frigus intentiſſimum, cum die 4ª. vel 5ª. Januarii 1697. in quibus frigus remiſſum; imò die 8. Januarii frigus nullum aſſeritur, & tamen omnibus iſtis diebus eadem erat altitudo Barometri nempe 3--7 $\frac{1}{4}$. Similiter die 11. Januarii, in quâ frigus grande, & die 17. Januarii, in quâ frigus nullum, imò aër tepidus, qualis in Vere eſſe ſolet, & tamen utrâque illâ die erat eadem altitudo Barometri nempè n°. 4. 1. Alia his ſimilia exempla ex Tabulâ facilè colligi poſſunt.

ADNOTATIONES

Quædam circà Thermometrorum Obſervationes.

NOto 1°. circà Obſervationes habitas per Thermometra à die 23. Januarii Anno 1697. uſque ad 30. Auguſti ejuſdem anni, noto inquam 1°. quòd in Thermometris, uno Orientali, nempè ad Orientem locato, & altero Occidentali, nempè ad Occaſum ſito, habitâ eâdem horâ in utrâque obſervatione, nempè die 23. & 24. Januarii altitudo graduum ſemper major fuit in Orientali, quàm in Occidentali.

Postmodùm aliter locatis Thermometris, uno nempè in Meridionali situ, altero in Septentrionali, qui situs in subsequentibus omnibus observationibus non est ampliùs immutatus, & factâ adhuc in utroque Thermometro eâdem die, atque horâ observatione, semper observata est major altitudo graduum in Thermometro Meridionali, quàm in Septentrionali, incipiendo, ut dixi à die 23. Januarii 1697. & successivè progrediendo usque ad diem 23. inclusivè Mensis Martii ejusdem anni; licet ipsâ die 28. Januarii novum fuerit adhibitum Thermometrum Meridionale, ut ibi asseritur.

Verùm posteà die 24. Martii asseritur adhibitum novum rursùs Thermometrum Meridionale, cùmque, etiam solito Septentrionali Thermometro factâ sequenti die observatione, cœpit apparere mutata proportio Thermometrorum; major scilicet altitudo in Septentrionali, minor in Meridionali; nam in Meridionali erat n°. 10 – 2. & Septentrionali n°. 10 – 3., ut patet ex Tabulâ; imò prætermissis deindè ad plures dies observationibus in Thermometro Meridionali, sed iterùm die 28. Mensis Maii 1697. in utroque reassumptis semper observata est valdè notabiliter major altitudo in Septentrionali, quàm in Meridionali, & id quidem continuo progressu ad diem usque 28. Augusti inclusivè ejusdem anni 1697.

Noto 2°. quod excessus altitudinis quousque in prioribus observationibus perduravit, in Meridionali respectivè ad Septentrionale erat trium vel saltem duorum plùs minùs graduum, at verò post adhibitum novum Thermometrum Meridionale incipiendo, ut diximus suprà, à die 28. Januarii, tunc excessus altitudinis in Meridionali respectivè ad Septentrionale, cœpit minor apparere, nimirùm unius circiter gradûs, ut patet ex Tabulâ in Analecto 2°. positâ. Similiter autem quandò in posterioribus observationibus à die 24. Martii, seu meliùs à die 28. Maii, adhibito juxtà superiùs indicata novo Thermometro Meridionali, cœpit apparere major excessus altitudinis in Thermometro Septentrionali, respectu Meridionalis, tunc talis excessus singulo die observatus usque ad diem 28. Augusti; ultrà quem non sunt factæ ampliùs observationes, erat quoque saltem duorum circiter graduum, sed reipsâ ut plurimùm erat trium, & quid ampliùs, ut patet ex Tabulâ. Quæ porrò contraria mutatio excessuum altitudinis modò in Meridionali Thermometro, modò in Septentrionali, an sit referenda in mutatum unum ex Thermometris, putà Meridionale, an veriùs in aliud quid, nunc non excutio, præsertim cùm pariter

In Barometris Meridionali, & Septentrionali, quorum nullum in totâ serie observationum asseritur mutatum, adhuc tamen à die 29. vel etiam 25. Decembris 1696., usque ad diem non quidem 25. Martii 1697., uti notatum est in Thermometris, sed benè 8. Maii 1697. altitudo erat major in Barometro Meridionali respectu Septentrionalis, & excessus hujusmodi altitudinis erat non

rarò

rarò duorum & quid ampliùs graduum, at multò ſæpiùs trium etiam circiter graduum, ut patet ex Tabulâ. Verùm in obſervationibus poſterioribus à die ſcilicet 21. Maii uſque ad 30. Auguſti inverſo ordine altitudo graduum erat major in Barometro Septentrionali, quàm in Meridionali, ſed tamen exceſſus non erat, ſecundùm has obſervationes, tantus in Septentrionali reſpectu Meridionalis, quantus, ſecundùm priores obſervationes, erat exceſſus in Meridionali reſpectu Septentrionalis; nam tunc, uti monuimus, altitudo Meridionalis excedebat plerùmque ad tres gradus, & quid ampliùs. At verò nunc altitudo econtrà Septentrionalis nec per unum integrum gradum excedit Meridionale, ſed ſolùm per aliquot plùs minùs octavas partes unius intregri gradûs, ut patet legenti obſervationes in Tabulâ expreſſas.

Cæterùm contraria hæc exceſſuum altitudinis permutatio in his Barometris Meridionali, ac Septentrionali, quæ eadem ſemper fuere adhibita pro univerſâ obſervationum ſerie; cuinam cauſæ ſit tribuenda, mihi non videtur tam promptum ſtatuere, niſi forſan variationi ortûs Solis in diurnis circumlationibus, quæ ſcilicet Hyeme & poſt Veris initia fiunt propiùs plagam Meridionalem; undè hæc magis forſan à ſole alteratur, tuncque major eſt altitudo in Barometro Meridionali reſpectu Septentrionalis; at verò appropinquante Veris fine, & ſuccendente æſtivo tempore, tunc Solis exortus diurnâ circulatione fiunt magis propè plagam Borealem; undè hæc magis forſan à Sole alteratur, tuncque major evadit altitudo in Septentrionali Barometro reſpectu Meridionalis. Verùmtamen admodùm hæſitanter ſint dicta; oportet enim animadertere an cætera benè conſentiant.

3°. Noto quòd ultimis diebus Jan: putà 29. & 30., nec non aliis Febr: ſequentibus, ut 1°. 2°. 7°. 8°. 9°. aliiſque, in quibus obſervatum eſt modicum vel nullum frigus, tunc in Thermometro Meridionali, & proportionaliter in Septentrionali, altitudo graduum erat major v. g. gradus

n°. 10. & $\frac{13}{16}$ partes
vel n°. 10. & $\frac{6}{16}$
vel n°. 10. & $\frac{13}{16}$
vel n°. 10. & $\frac{7}{12}$
vel n°. 10. & 14.
vel n°. 10. & 10. &c.

At verò aliis diebus ejuſdem Menſis Febr: in quibus obſervatum eſt frigus vehemens, ſeu admodùm ſenſibile, ut die 3ª. Februarii, die 4ª. & 5ª. tunc in Thermometro Meridionali, & proportionaliter in Septentrionali, graduum erat aliquantulùm minor v. g. n°. 10. $5\frac{1}{2}$ vel n°. 9. $10\frac{1}{2}$ vel 9. 9. vel 9. 12.

Neque dubium moveant Dies non ultimi Jan. nempè 25. 26. 27. & 28. in quibus aſſeritur frigus intenſiſſimum, & tamen in Thermometro Meridionali

altitudo graduum designatur major, nempè graduum n°. 11. 10. vel 11. 11. &c. quàm in supradictis diebus ultimis Jan: putà 29. & 30. ac sequentibus Februarii, in quibus frigus asseritur modicum, vel nullum; hoc, inquam, dubium movere non debet: si quidem in ambabus prædictis observationibus non est adhibita eadem mensura, nempè idem Thermometrum Meridionale; sed diebus non ultimis Jan: frigidissimis adhibitum unum, ultimis verò diebus ejusdem Jan: & sequentibus. Febr. non frigidis adhibitum aliud loco prioris; undè

Distincta Thermometra sæpè sæpiùs inter se pari passu non procedant, consequenter mensuratis unâ mensurâ diebus frigidissimis, & diebus non frigidis aliâ diversâ mensurâ (quod sic minimè factum in sequentibus Observationibus à me suprà allatis) non possunt benè illa inservire ad ostendendum intentum nobis propositum.

4°. Aliud fortassè utiliùs adnoto, videlicet frigus dierum intensissimum nec pendere à peculiari vento, nec absolutè ab ullo vento. Non à particulari vento, quia die 31. Decembris 1696. erat frigus intensissimum flante Coro; die 2. Jan: erat frigus quàm intensissimum flante vehementer Phœnice, & die 25. Jan: erat frigus ingens valdè sensibiliter flante Circio, die vero 27. Jan: erat maximum frigus, sed flante vehementer aliquantulùm Euro & dieb. 25. Febr: & 2. Martii erat frigus non exiguum, sed flante vix sensibiliter Phœnice, & die 28. Febr: erat frigus non exiguum, sed flante vehementer Noto. Insuper verò, ut patet ex Tabulâ superiùs citatâ, diebus 26. & 28. Jan: erat frigus acutissimum, intensissimum, & sic etiam diebus 3. 4. 5. & 26. Febr: & aliis, absque ullo tamen vento. Quarè ex his & aliis, quæ addi possent, colligitur, dierum frigus nec à particulari vento procedere, nec absolutè ab ullo vento nobis sensibili.

Hic addo solùm, quòd flante Africo, semper in aëre frigus exiguum aut nullum est; ut patet ex cunctis (demptâ unâ) observationibus circâ hunc ventum habitis, putà observationibus dier. 29. & 30. Jan:, item dier. 1. & 18. Febr: item dier. 9. & 15. Martii. Dixi autem præter unam, quia observatio habita die 1ª. Martii (nisi error sit) asserit, Africo valdè flante, adhuc durare idem frigus dierum antecedentium, in quibus puta diebus 28. 27. & 26. Febr: notatur frigus maximum.

2°. Addo, quòd neque serenitas, aut nubes, nec calor ipse in aëre ambiente connexionem servant cum particulari vento, imò nec absolutè cum vento.

In primis serenitas (hoc nomine intelligo dum in aëre Solis splendor est purissimus, seu continuus, vel saltem plurimus) non connectitur cum particulari vento; nam die 31. Decemb: 1696. Solis splendor erat purissimus, & spirabat Corus. Die 2ª. Jan: 1697. Solis splendor plurimus, sed flabat Phœnix, qui etiam 4ª. die flabat, sed tunc Cœlo undique nubiloso, & absque ullo Solis splendore: sic etiam die 31. Martii antè Meridiem nubilosa omnia flante Phœnice, post meridiem verò Sol pulchrè splendet Phœnice flante eodem modo.

Die

Die 17. Jan: Sol continuus, ſed flabat Zephirus, ſic etiam die 25., & 30. Martii.

Die 27. Jan. Solis ſplendor continuus, ſed flante Euro. Quid ſimile etiam die 11 Aprilis.

Die 15. Martii Cœlum puriſſimum, ſed flante Africo.

Die 12. Aprilis Cœlum ſereniſſimum, ſed cum vento à Meridie ſenſibili.

Prætereà verò die 19. Febr. Sol pulchrè ſplendebat plurimâ illius diei parte, abſque ullo tamen vento.

Et die 23. Cœlum puriſſimum abſque ullâ nubeculâ, & abſque ullo vento, niſi Circio vix ſenſibili.

Die verò 25. Cœlum puriſſimum, & abſque ullo vento, niſi Phœnice vix ſenſibili, & ſic quoque die 2ª. Martii, quamvis die 3ª. ſubſequenti eodem Phænice vix ſenſibili Cœlum fuerit continuis nubibus obtectum.

Et die 8ª. Martii Cœlum ſereniſſimum abſque ullo vento, & ſic etiam die 14. Martii, & aliis in Tabulâ notatis. Quare hinc

Patet, quòd ſerenitas, ſeu ſplendor Solis in aëre nec connectitur cum particulari vento, ſed indifferenter invenitur modò cum uno, modò cum altero, nec abſolutè connectitur cum vento, & ſinè omni vento habetur.

Idem prorſùs valet de Nubibus totum Cœlum occupantibus; nam hæ modo cum uno, modò cum alio vento obſervatæ ſunt, ut patet ex Tabulâ, modò abſolutè cum nullo vento, ut die 19, 20, 21, 22, 26. 28. Jan: in quibus nubila continua abſque ullo vento, & ſic quoque die 3, 5, 8, 11, 12, 13, 14. Febr:, & rurſùs die 4. & 5. Martii, item die 8ª. Aprilis, quibus ſingulis diebus nubila continua, & nullus ventus. Idem patet etiam aliis diebus, ſi Tabula benè obſervetur.

Deniquè nec calor inſignis in aëre connectitur cum particulari vento, nec abſolutè cum vento; nam dies 16. Aprilis 1697. calida, & ſicca cum vento ab Oriente leniſſimo, &

Dies 25. calida, & Cœlum puriſſimum cum vento Orientali ſuaviter calorem temperante; imò die 26. Cœlum puriſſimum, magnus calor flante vento Orientali.

Item die 17. & 18. Junii Solis ſplendor puriſſimus, & calidiſſimus cum vento ab Oriente, &

Die 8. Auguſti Solis ſplendor calidiſſimus vento ab Oriente mediocriter flante.

Prætereà die 29. Aprilis Cœlum potiùs ſerenum, & tempus calidum ſed vento à Septentrione leviter ſpirante.

Die 21. Maii Solis ſplendor plurimus cum magno calore, vento à meridie validè flante

Die 16. Junii calor, ſed cum vento valido ab Occidente, & cum hoc vento vix ſenſibili dies 20. calidiſſima.

Dies 9ª. Julii cum Solis ſplendore plurimo calidiſſima cum vento inter Occidentalis & Septentrionalis, flante.

Tandem dies 4ª. Julii cum ſolis ſplendore plurimo calidiſſima, ſed ſinè ullo vento; ſic quoque die 28. Auguſti. Die verò 15. Julii Sol calidiſſimus cum nubibus, ſed ſilente prorſùs vento. Quarè ex his, & aliis, quæ addi poſſent, conſtat, quòd nec inſignis calor in Aëre connectitur cum particulari vento, nec abſolutè cum vento.

5°. Deniquè noto juxtà totam obſervationum ſeriem in Tabulâ ſæpiùs laudatâ expreſſarum, quòd

Dies omnium frigidiſſimi fuere

Anno 1696. Dies 31. Dec. ——— } in quibus frigus intentiſſimum
An. 1697. Dies 12, 13, 15. Jan. }
Item Dies 2. Jan. in quâ multò intenſiſſimum.
Dies 26. 28. Jan. in quibus maximum.
Et Diebus 4. 5. Februarii vehementer ſtringens
Item 26, 27. 28., in quibus ferè maximum.

Omitto alios dies Menſium Martii, Maii, & Junii, in quibus Tempeſtas frigida, ut patet in Tabulâ.

Dies omnium calidiſſimi fuere

Anno 1697. Dies 26. Apr. & 21. Maii, in quibus calor magnus
Dies 17, 18, & 20. Junii, qui calidiſſimi.
Sic etiam Dies 4. 9. 15. Julii, qui calidiſſimi
Item 8. Aug. & 28. calidiſſimi

Omitto alios dies Aprilis & Junii, in quibus tempeſtas calida.

Prætereà altitudo maxima Thermometri Meridionalis (non tamen conſiderato priore illo) utpotè pauciſſimis diebus adhibito putà 5. vel 6. Jan. 1697. at benè conſideratis reliquis duobus ad omnes deindè obſervationes adhibitis uno poſt alterum;

Maxima igitur altitudo Thermometri

Meridionalis fuit gr.		Septentrionalis fuit gr.	
Die 27. Febr.	n°. 11. 3.	Die 20. Aprilis & etiam 29.	n°. 10. 15.
15. Martii	n°. 11. 10.	7. Maii	n°. 11. 3.
21. Martii	n°. 11. 13.	8. Et etiam 13. Junii	n°. 11. 8.
8. Martii	n°. 12.	18. Et etiam 22. ejuſd.	n°. 11. 11.
14. Martii	n°. 12. 4.	20. Jun. &.	
		4. ac 13. Jul.	n°. 11. 12.
		14. Jul.	n°. 11. 13.
		10. Et 15. Jul. etiam.	
		28. Auguſti	n°. 11. 14.
		9. Julii.	n°. 11. 15.

Omitto alios dies Feb. & Mart. in quibus parùm abſimiles altitudines notantur.

Mi-

Minima Altitudo Thermometri

Meridionalis fuit gr.		Septentrionalis fuit gr.	
Die 30. Maii	n°. 8. 0.	Die 3. Febr.	n°. 8. 11.
Prima Junii	n°. 7. 14.	4. Febr.	n°. 8. 10.
22. Junii	n°. 7. 13.	Eodem die, ſed horâ aliâ præcedenti	n°. 8. $9\frac{1}{2}$.
31. Maii	n°. 7. 12.		

Maxima Altitudo Barometri.

Meridionalis fuit gr.		Septentrionalis fuit gr.	
Die 15. Jan. 1697.	n°. 4. $2\frac{1}{8}$.	Diebus 3., & 4. Junii	n°. 2. $5\frac{6}{8}$.
23. Febr.	n°. 4. $2\frac{1}{8}$.	1. Junii	n°. 2. $6\frac{1}{8}$.
		30. Auguſti	n° 2. $6\frac{6}{8}$.
		Eodem die ſed aliâ horâ antecedenti.	n°. 3. 0.

Minima Altitudo Barometri.

Meridionalis fuit		Septentrionalis fuit.	
Die 1. Aprilis 1697.	gr. 3. $1\frac{5}{8}$	Die 18. Febr. antè meridiem	n°. 0. $7\frac{1}{8}$
27. Febr.	3. $\frac{1}{8}$	poſt meridiem	n°. 0. 7
14. Junii	1. $7\frac{6}{8}$	26. Martii	n°. 0. 7
		1. Aprilis	n°. 0. $6\frac{7}{8}$
		27. Martii	n°. 0. $5\frac{6}{8}$

Quædam Notæ circà Barometra & Thermometra inter ſe comparata, juxtà Obſervationes in prædictâ Tabulâ poſitas.

Noto 1°. Thermometra, & Barometra non ita ſibi reſpondere, ut quâ die reſpectivè ad præcedentem creſcit, vel decreſcit altitudo graduum in Thermometro, tunc etiam creſcat, vel decreſcat altitudo in Barometro; licet enim hoc non tam rarò contingat, ſæpiùs tamen contrarium evenit, quod manifeſtè patet ex Tabulâ.

	In Meridionali Thermometro	In Barometro
Die 29. Jan. 1697.	n°. 10. 2	n°. 4. $1\frac{1}{8}$
30.	n°. 10. 12 creſcit	n°. 3. $7\frac{1}{8}$ decreſcit
31.	n°. 10. 7 decreſcit	n°. 4. $1\frac{6}{8}$ creſcit
Die 1ª. Feb.	n°. 10. 6	n°. 3. $7\frac{2}{8}$
2ª.	n°. 10. 12 creſcit	n°. 3. $5\frac{2}{8}$ decreſcit
3ª.	n°. 10. $5\frac{1}{2}$	n°. 3. 5
4ª.	n°. 9. 9 decreſcit	n°. 3. $6\frac{7}{8}$ creſcit

Et quid ſimile obſervatur in aliis pluribus ſubſequentibus diebus ſinè ullâ tamen certâ regulâ.

Similiter in Septentrionali Thermometro,		& Barometro	
Die 29. Jan. 1697.	n°. 9. $5\frac{1}{2}$	n°. 1. $5\frac{1}{8}$	
30.	n°. 10. 13 crescit	n°. 1. 3	decrescit
Die 3. Febr.	n°. 9. $5\frac{1}{2}$	n°. 1 $1\frac{5}{8}$	
4.	n°. 8. $9\frac{1}{2}$ decrescit	n°. 1. $3\frac{1}{8}$	crescit
Die 5.	n°. 8. $13\frac{1}{2}$	n°. 1. $3\frac{5}{8}$	
6.	n°. 9. $7\frac{1}{2}$ crescit	n°. 1. 2	decrescit

Et quid simile observatur in pluribus aliis succedentibus, dies nulla tamen constanti lege.

Noto 2°. neque etiam sibi mutuò respondere quoad dies maximæ altitudinis graduum, nec pariter minimæ, quod totum patet ex Tabulâ, imò etiam ex suprà notatis à nobis circà maximas, & minimas altitudines tam in Thermometris seorsim spectatis, quàm in Barometris; nam juxtà ibi adnotata

Altitudo maxima fuit.

Thermometri Meridionalis.		Barometri Meridionalis.	
Die tam 8ª. quàm 14. Martii n°. 12. 4		Die tam 15. Jan. quàm 23. Feb. n°. 4. $2\frac{5}{8}$	
Thermometri Septentr.		Barometri Septentr.	
Die 15. Julii, & 28. Aug.	n°. 11. 14	Die 30. Augusti	n°. 2. $6\frac{6}{8}$
Imò die 9. Julii	n°. 11. 15	Imò eodem die sed horis præced.	n°. 3.

Altitudo minima fuit.

Thermometri Meridionalis		Barometri Meridionalis	
Die 21. Junii	n°. 7. 13	Die 21. Feb.	n°. 3. $0\frac{1}{8}$
Imò diè 31. Maii	n°. 7. 12	Imò die 14. Junii	n°. 1. $7\frac{6}{8}$
Thermometri Septentr.		Barometri Meridionalis.	
Die 4. Feb.	n°. 8. 10	Die 1ª. Aprilis	n°. 0. $6\frac{7}{8}$
Imò eod. die, sed horis præced.	n°. 8. $9\frac{1}{2}$	Imò die 27. Martii	n°. 0. $5\frac{6}{8}$

Quarè ex hix omnibus liquidò constat Incrementa, & Decrementa graduum in Thermometris, ac Barometris non ab eâdem causâ pendere, sed incertâ, ac variâ prorsus methodo procedere.

Aliæ, & alio modo Adnotationes circà observata in prædictâ Tabulâ Qualitatum Aëris expressa procul dubio fieri possent, quas interim solertioribus relinquimus.

DE

DE
INSECTIS.

DE INSECTIS.

Orruptio ſeu putrefactio, prout Nobis videtur, nonniſi digeſtio, ſeu Alteratio quædam eſt rerum, quâ de unâ ſenſibili ſpecie tranſeunt in alteram, undè veteres ipſam quoque concoctionem ζεψιν, aliquandò nominarunt. Formæ rerum æternæ ac certæ ſunt, ac infinitatem abhorret Natura; pares ergò productiones pari ſub conditione molietur. Quod igitur cunctorum Generatio Animantium ex ovo originem ducat, cùm de Quadrupedum nec non ipſius nominis volatilium etiam, ac Piſcium ortu ex ovo res jam notior evaſerit, cur quæſo idem circà Inſecta in dubium ponetur? Quapropter licet iſta ex putri materiâ proficiſci à tot ſæculis, imò etiam nunc à non paucis perperàm creditum, nihilominus jam antè nos Viri apud recentiores experientiſſimi quorum agmen ducit celeberrimus Redi, quamplurimis obſervationibus ſatis reprobarunt, neque aliter experientia nos docuit, dum poſitis plauſtris in aliquo Campo, ibi ſæpiùs non aderant muſcæ, aliave Inſecta, quæ poſtmodùm in multitudinem propè infinitam excreverunt non ſinè maximo militum faſtidio. Quænam ergò fuit eorum generandorum germana ratio? Nunquid ubertas putredinum varii generis? hæc utique occaſionem aliquam præbuit, reipſâ tamen non effecit; ſiquidem ubi primùm Inſecta exigui numeri oblato tam abundanti pabulo optimè nutriebantur, ibi poſtmodùm tanquàm in congruo nido propria etiam locarunt ova, quæ, accepto idoneo incubationis fomento, ac novæ fermentationis principiis, novas deindè Inſectorum myriades protulerunt. Non igitur à ſtratis illic paſſim Cadaveribus fuere progenita, at in illis: ſicut enim ſi parvulos Teſtudinum fœtus vere novo ex Terrâ prodire cernas, non proindè ex Humo earum origo eſt, cùm nobis planè conſtet earum ova etiam integro anno latuiſſe defoſſa, ut nimirùm Terra veluti uterus interno calore tepidus, & externo deinde aëris, ac Solis ampliùs incaleſcens ovis illis ſenſim incubatum præberet, & fœtus demùm excluderentur; ſic proportione ſervata intelligere convenit tum de Inſectis illis, tum de reliquis nativitatem ſuam in herbis, floribus, fructibus, cortice, gallis, aliiſque id genus habentibus; hæc enim cuncta Piſcium (plurimorum) more in lucem veniunt, quos ova in luto ponere,

ubi depressior est aqua, ut ibi maturescant ipsarum fœtus, jam diu satis innotuit. Quod & Locustarum exemplo, quæ luti & aquæ videntur filiæ, inferiùs à nobis afferendo ampliùs firmabitur.

Neque hic penitùs reticendum, quòd prima Budensi obsidione Epidemicus quidam morbus inter nos grassabatur, quo homines nonnisi ferè internis Vermibus vexabantur & ego ipse in magnum vitæ discrimen videbar adductus, continuâ Vermium molestissimâ per os ejectione, neque aliter cæteris accidere poterat, ubi tot inter hominum, equorumque cadavera non modò nidos sibi sed & prolem numerosam fecerant obscæna animalcula, quorum minima ac levia semina ventus, & sæpius aër tam ad coquinaria, & vinaria vasa, quàm in os ipsum ob locutionem aut aliter patens, facile immiserat, indè verò in Ventriculi cavitatem facilè delabentia, & à succis ibi repertis aptam pro novi animalculi exclusione fermentationem adepta, ita Vermes illi nobis admodùm infensi hostes ortum suum intrà nos ipsos duxere.

Quod totum consonat observationi in Aquilæ Anatomia aliàs memoratæ in cujus intestinis (quemadmodùm delineari curavimus) quosdam Vermiculos offendimus, occasione quidem putredinis, sed aliâ verè effectivè causâ progenitos, cùm in Aquilæ communiter cadaveribus vescantur, quæ etiam ab aliis Insectis lambuntur, & horum fœtura fædantur, consequenter multa hujusmodi seminum ab Aquilis deglutiuntur, in quarum ventriculis invento apto nido seu utero Vermes abundè proferunt.

Non ignoro posse aliquos hunc Vermium sivè in nobis, sivè in Aquilis ortum ab ovis deducere, non illis quidem extrinsecùs illatis, sed congenitis, & novæ fermentationis occasione exclusis, quibus sanè non est animus refragari, præsertim cùm unà mecum adversùs putredinis patronos sentiant, qui naturæ ipsi quodammodò injuriam faciunt, putantes artificium adeò mirabile animalis noviter geniti ab ipsâ absque præordinato semine, sed fortuito putrescentis corporis succorum concursu procreari. Horum siquidem hominum placitum extrà rationem esse, jam indicata, & alia plura id genus experimenta satis, superque convincunt.

IN-

INSECTA,

Quæ, ad Ripas Danubii & Tibiſci inveniuntur.

- *Sunt, Vel.*
  - *Terreſtria.*
    - *Anclytra bipennia.*
      - *Apes.*
      - *Papiliones.*
      - *Blattæ, Muſcæ.*
    - *Anclytra quadripennia.*
      - *Papiliones.*
    - *Vagini pennia.*
      - *Locuſtæ.*
      - *Scarabæi.*
    - *Pedata non alata.*
      - *Cimices.*
      - *Araneæ.*
      - *Erucæ.*
      - *Fullones.*
  - *Circà Aquas vagantia.*
    - *Anclytra quadripennia.*
      - *Perlæ.*
    - *Anclytra bipennia.*
      - *Perlæ.*
      - *Muſcæ.*
      - *Culices.*
  - *In Aquis degentia.*
    - *Vermes lit: A.*
    - *Vermes lit: B.*
    - *Squillæ.*

Duo inter Cætera, Notanda veniunt.

Primò Papilionis ſpecies; Claſſ. I. *Fig.* a.

Secundò, Locuſtæ ſpecies; Claſſ. III. *Fig.* 6.

INSECTA TERRESTRIA,

Anelytra, Bipennia.

Vespæ.

Blattæ.

Papilio.

Anno 1688. die circiter 20. Augusti cùm navi obviam irem Serenissimo Duci Lotharingiæ in Castra, quæ ad Belgradum Cæsarei, locum obsidentes ponebant, properanti contigit mihi videre in Danubio non longè à confluentibus Tibisci quoddam papilionum genus in maximâ copiâ ibi circumvolitantium, consimile planè ei quod Zahn in sua mundi mirab. Oeconomià scrutin. 4. disquisit. 3. cap. 18. §. 2. allegat. Undè etiam illum locum hîc exscribere, & ipsius insecti figuram hîc delineare operæ pretium duxi, is verò sic se habet.

„ Papilionis quandam speciem circà Mosam Fluvium quotannis mirè produci „ solitam memorat Zodiacus Medicogall. Ann. 2. mens. Septemb. Obs. 3. his „ verbis: singulis annis octiduò aut decendio antè vel post festum D. Laurentii, si „ serenum fuerit tempus per biduum, aut triduum circà vesperam animadvertitur „ emergere à flumine Mosâ insignis Papilionum copia albissimorum, pellucidissi„ morum, extremæ tenuitatis, exiguo post tempore in flumen relabentium; ea „ propter Mannæ Cœlestis nomine donatorum. Ejusmodi insecta planè inter se

„ ſimilia ope binarum alarum, ſummâ tenuitate & pelluciditate præditarum, „ non ſecùs ac reliquum corpus volitant: in extremitate quæ capiti obverſa „ eſt, obtinentia duas productiones capillari tenuitate pollicari longitudine, cau- „ dæ bifurcatæ quandam ſpeciem præbentia quoad reliqua non ad figuram ſpe- „ ctantia; vide loc. citat.

Papiliones.

Anelytra. *Quadripennia.*



IN-

INSECTA TERRESTRIA,

Vaginipennia.

Locustæ.



Hæc ſpecies Locuſtarum anno 1689. 90. & 91. Hungariam, Moldaviam, Valachiam, Bulgariam & Serviam miſerabiliter infeſtarunt.

Notandum præterea, quòd anno 1691. circà æquinoctium autumnale via propè Lippam, ultrà milliare integrum, talibus Locuſtis fuerit repleta, & quidem omnibus mortuis, & inter glebas terræ lutoſæ foraminibus *a. a. a.* undique perterebratas, jacentibus. Foraminibus hiſce viſa eſt ineſſe quædam materia, quod ſinè dubio ſemen erat, ab hiſce animalculis ingeſtum, ex quo terræ caloris incubantis beneficio futuro anno nova pocreari ſolent.



Scarabæi.

INSECTA TERRESTRIA,

Pedata non Alata.

Cimices.



Araneæ.



INSECTA TERRESTRIA,

Aptera Multipeda.

Erucæ.

Fullones.

INSECTA, CIRCA AQUAS VAGANTIA;

Alenytra Quadripennia.

Perlæ.

Perla



Anelytra Bipennia.

Perla

Muſcæ.

Musca

per Microscop visa *Musca cornuta*

Harum ingens copia viſa eſt in Danubio propè Thabor, anno 1696. die 18. Junii.

Culices.

Culex *Culex* *Culex* *Culex militum in Castris Lorenzium & vexatio grandis* *Culex per Microscop Visa*



INSECTA AQUATICA,

SIVE

In Aquis degentia.

In palude propè Sablia.

Tipulæ, a. a. a. a. a.

Per Microſcopium viſæ b. b. b.

In piſcinâ ad Sobodiſca.

Vermes Capilliformes a. a. a.

Per Microſcopium viſi. b.

In Foraminibus Tibiſci ubi Cancri reperiuntur.

Squilla



TOMI VI.

MISCELLANEARUM OBSERVATIONUM,

INDEX

MATERIARUM

ET ORDO

TABULARUM.

F I N I S.

Hagæ Comitum ex Typographiâ & Iconographiâ.
R U T G. C H R I S T. A L B E R T S.